

Benedictus Sit DOMINUS!
E X A M E N
SCRUPULORUM
CIRCA LUTHERANUM

Jubiléum, Anni clō lō cxxx. die-
bus 25, 26, & 27. Junii cele-
bratum,

quod

Sub Præsidio

Reverendi & Clarissimi Viri,

Dn. JOHANNIS HIMMELII,

SS. THEOL. D. EJUSDEMQUE IN IN-

cluta Salana Profess. Publ. & h. t. Facult.

Decani, Præceptoris ac Hospitis sui

Parentis instar habendi,

*Placido examini publicè exponit die 16. Febr.
in Coll. Majori,*

FELIX SCHALLERUS

NÜRNBERGENSIS.



J E N Æ

TYPIS TOBIÆ STEINMANNI,

Anno M, DC. XXXI.

TM 2048

Brand. 3. 2. 1. 0. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 0.

EXAMEN

SCRIPTURARUM

CIRCA LUTHERANUM

Jubiläum, Anni 1517, die

17. Junii 1817

DINI

DE

THEOL. D. B. S. D. M. O. V. E. R. I. N. I.

Clara. S. S. Theol. P. H. D. P. H. D. P. H. D.

Prof. P. H. D. P. H. D. P. H. D.

Prof. P. H. D. P. H. D. P. H. D.

IN

FELIX SCHALLERUS

PER


OB

LENA

TYPI

1817





MAGNIFICIS, NOBILISSIMIS,
AMPLISSIMIS, PRU-
DENTISSIMIS, &c.

DNN. DUUM VIRIS

ET

DNN. SCHOLARCHIS,

PRÆPOTENTIS AC FLORENTIS-
SIMÆ S. R. I. CIVITATIS

NURNBERGENSIS,

DOMINIS MECOENATIBUS MEIS
PERPETUA HUMILITATE
OBSERVANTER CO-
LENDIS &c.

S. D.

FELIX SCHALLER.



AD VESTROS provolvo

pedes, SACRA LUMINA TERRÆ
 NORIACÆ, quodcunq; tulit pro tempore *Nostra*
 Hactenus imbellis, nec adhuc matura *Thalia*.

Exiguum, fateor, sanè est, oculosque subire
 Indignum tantos. At fors labentibus annis
 Vile rudimentum magis acris arena sequetur,

Assuevit *Romana* cohors certamina flore
 Ludicra certare ætatis puerilibus armis,
 Atque hastas vibrare leves, gladiosque coruscos,
 Tollere cristatam galeam cervicè, sinistra
 Nudatum ærato defendere tegmine corpus;
 Scilicet hostili quoquo sub Sole jacenti
 Auditura minax quondam formido catervæ.

Sic *Ego*, cui mens est *laribus* servire *Paternis*,
 Quomocunque olim cœlestia iussa docendo
 Et defendendo, (sive atria publica *templi*
 Sive *Academiae* cedant aliquando *Cathedram*,)
 Delegi *Nostris* qui par sit *viribus* hostem,
 Nempe parùm valido pollentem robore, telis
 Armatum brutis, & ineptè bella parantem.

Sic juvat in facili specimen juvenile periclo
Edere, & inde subinde magis petere ardua, donec
Detur eò, quò mens spirat generosa, venire,

Inte-

Interea, PATRES PATRIÆ, quos provida multo
 Robore iudicii ubertim Natura beavit,
 Pugnæ hujus censura penes Vos esto: Tropæum,
 Dicite, quis mereat. VESTRO stabóq; cadámque
 Arbitrio. Et quamquam non, quo decuisset, honore
 Has intentatas PATRIÆ depellere fraudes
 Exiguæ tulerint vires; satis esto vel unum;
 Quòd, quo debueram, fuerim conatus amore.

JENÆ perscriptum pro prid. Id. Febr. A. ER.

τῆς τῆς Λόγος ἐπιστολῆς

CLIO IO C XXXI.


A 3 Ad

Ad Autorem.

I.

TAM scitè poteris nihil profari,
 Tàm rectè poteris nihil patrare,
 Quod non dente petat procaciore
 Momus, carpat & improbus Sophista,
 Impulsu malè percitus Sathánæ,
 Cui semper proprium calumniari
 Quod gens Christiadum docet facitque
 Sanctis obsequiosa constitutis
 Jovæ, quem tremit omne quod creatum,
 Sic quos nuper honoribus tremendi
 Sacratos celebravimus Jehovæ
 Soles, nil nisi jubilationes
 Et grates Domino piè sonantes,
 Sarcasmo ferit, & superbiore
 Vultu ridet, & excipit cavillò
 Mordaci Latialis invocator
 Declivis Venerator & Deastri,
 In scirpo malè nodulum requirens,
 E dextrisque sinistra fabricare
 Et scrupos agitare fastuosè
 Attentans; dare cùm queat nec unum,
 Qui cor sollicitet viri quadrati.
 Hos dum fortè lubet leves susurros
 Et voces putidas calumniarum,
 Confutare Scholas per eruditas,
 Collaudo, precor & tuum sit omen,

Præ-



Prænomen, melioris usque frugis
Proventusque subinde latioris,
Quo *fælix* tibi sit laboris istud
Cœptum, flore virescat ac perenni:
Nec sis nomine, sed reapse *Fælix*,
Fælix victor iniquioris ævi,
Victor morsque Sophisticæ catervæ,
Exhaustorque Papisticæ saburræ.

Johan. Major D.

II.

SCHALLERE, Eusebies decus haud ignobile sacræ,
Quem decorant mentis nobilioris opes,
JULIA, TUBINGA ac MARPURGUM, triga Scholarum
Incluta, de studiis dant documenta tuis.
Nostra videns, iterum te pulpita scandere, JENA,
Ut verbi tractes memata docta sacri,
Acclamat. Factum benè! præmia magna sequentur,
Præmia magna solo, præmia magna polo.

Gratulat. ergò adscrib.

Johan. Gerhard D.

III.

PRæclaras lustrare Scholas non ultima laus est;
Nec minor, in celebri vivere posse loco:
Ast in eo pigræ sectarier otia vitæ,
Vel totâ Cyathos evacuare die,
Laudis apud doctos encomia nulla meretur;
Quippe quòd hæc cunctis despicienda sient.
Ergò quis tandem tibi detrahat, optime, laudem?
SCHALLERE, ô Mensæ portio grata meæ?

Desi.

59

Desidiosa fugis quod desidis otia vitæ,
Ac mavis Artes addidicisse bonas.
Testatum faciunt hoc ipsum Memata docta,
Quæ das perdoctis discutienda viris.
Gratulator, ac hortor, FELIX, felicior instes,
Quò tandem studii digna brabea feras.

Suo suo dilecto l. m. g. f.

Johan. Himmel D.



DEUS

DEUS annue cœptis!

BENE SPERANDO, & male habendo transit
vita mortalium, vulgatô dicitur adagiô.
Quòd si unquam, nostrâ certè ætate de Ecclesia
dici potest. Seculum abiit, ex quo, ut Apoc. 18. 4.
jubebatur, *Exiit ex Babylone populus DEI*; seu ex
quò Majores nostri ductu Megalandri LUTHERI,
Romanam reliquerunt Ecclesiam. Quantæ autem in hoc *μικρὸν*
ὄμιον Luc. 12. 31. ex eo tempore structæ fuerint subinde machi-
nationes, ne refricem vulnus obductum, hîc pluribus recensere
superfedeo. Interea tamen gratias agimus DOMINO, quòd uti
Regii Psaltris tempore, ita quoque superioribus annis, *quamvis fre-*
muerint aque, ita tamen nostrum robur & præsidium fuerit præsentissimum,
et flumen & rivi ejus latificârunt civitatem DEI, sanctissimum locum, ha-
bitacula Excelsi Psal. 46. 1, 4, 5. & dicimus cum *Jeremia, Lament. 3. 22.*
Summæ benignitatis est DOMINI, quòd non sumus absorti, quòd non
finiuntur miserationes ejus. Quis autem non post nubila Phœbum expe-
ctet? Pari modo & nos in certam erigebamur spem, Divinam cle-
mentiam Ecclesiæ suæ dies concessuram halcyoneos, ut tantis agi-
tata fluctibus & procellis aliquantisper possit respirare. Speraba-
mus, inquam, tranquillum Ecclesiæ statum. Utrum verò hæcte-
nus talem simus consecuti, experientia testatur abundè. Circum-
feramus tantummodò oculos mentis, & perpendamus miserabi-
lem Ecclesiæ faciem: quis ita sibi temperet, quin

Omnis vis cerebri in lacrimas se solvat, & udo

Lumine prægnantes ejaculetur aquas?

Nec minor occurrit lugendi causa, si intuemur undiquaque
circumvolitantia signa,

Obsidione urbes cinctas stragemque virorum;

si, inquam,

Martia clangentem se buccina solvit in auram,

Flexiliumque tubarum animæ taratantara raucum,

Eructant crepero per torta volumina tractu,

Et sonus insuetas horrendus verberat aures.

B

Cui

Cui talia percipienti

non exangues tremor occupet artus,

Hæreat & trepida gelidus formidine sanguis?

Quis de præsentissima capiti suo imminente ruina non vereatur?

At Tu, *μη φοβῆσθαι*. DEUS adest Tibi vi suæ promissionis Esa. 42. 26.

Ne timeto; nam vindicavi Te, vocavi Te nomine tuo, meus es. Tantos contra Te permittit educi exercitus, ut eò evidentius suam asserat gloriam, & cum alii confidant proprio robori, Ipse Te mirabiliter eripit, ne Tuis superbias viribus exemplo populi Israëliti capereit. & seq. sed potius dicas cum Davide Pl. 124. 1, 2, 3, 6.

Ni faventis affuisset Numinis presentia

(Dicat Isaci propago) *Numinis presentia*

Ni faventis affuisset, jam veniret perditum

Nos superba multitudo, freta stultis viribus,

Fortè rivos devorassent debilesq; & pauculos;

Ira fervidi furoris, avida nostri sanguinis.

Sempiterna laus DEO sit, qui suos non tradidit

Dentibus prædam cruentis perfidarum gentium.

At hæc quodammodo tolerabilis videretur Ecclesiæ conditio, nisi Diabolus, se apertâ vi, sive militari, sive literariâ eam destruere non posse præsentiscens, per cuniculos aggrediretur, strueretque insidias tantò nocentiores, quantò deprehensione difficiliore. Nam quod olim proverbii loco circumferebatur, *cum nihil prodest pellis vulpina, assumenda est leonina*, id hodiè invertitur, & quod Adversarii utroque aperto Marte hæctenus consequi non potuerunt, dolose tentant: idque adeò, ut, an unquam Ecclesia nostra pejus habuerit, cum benè speraremus, non sine causa possimus ambigere.

Hic opus est Argo, qui — — —

Fronte oculos centum, centum cervice gerebat.

Quantò enim occultatior & observatu difficilior hic est nocendi modus, tantò vigilantioribus esse, & attentius præcavere convenit iis, quos *speculatores DOMINUS dedit domui Israël* Ezech. 3. 2. 33. 7. ut ita officio boni pastoris rite fungantur, nec sint mercenarii, quibus oves non sunt cura Joh. 10. 13. sed gregem sibi commissum non solum contra apertam luporum vim, vel cum jactura vitæ, masculè defen-

defendant; verum etiam in hujusmodi subdolos hostes, qui *blanda quadam sanctitatis & studii veritatis sese commendant specie*, prudenter attendant. Tales enim sunt *simia*, quod verae Ecclesiae gestus & orationes, quantum possunt, imitentur; *vulpes dolosae*; *murres aranei*, quod clam lateant & noceant cuniculis actis. *Vigilandum, inquam.* DEO autem sint gratiae, qui nobis tales abunde dedit *Agricolae*, qui quam maximè possunt provida circumspeditione Dei arva colunt 1. Cor. 3. 6, 9. *Patres* summam nostrorum curam gerentes, 4. 15. imò *Matres* tenerrimo affectu filiolos suos prosequentes & foventes Galat. 4. 19. *Bonos JESU CHRISTI milites, tolerantes laborum* 2. Tim. 2. 3. strenuè pugnantes *pro domo DEI* 1. Tim. 3. 15. Hebr. 3. 3, 6. 1. Petr. 2. 5. 4. 17. Placet autem unam atque alteram ex recens inventis perstringere technis. Et quidem ad fidem verbis meis conciliandam non multo opus est labore. Prodeat moderna *Jesuitarum* in docendo recepta praxis & consuetudo, quae, si alicubi irrepserunt, *sub pelle ovina rapacem occultantes lupum* Matth. 7. 15. rudimenta doctrinae Christianae, seu Catechismum iisdem penè, quibus LUTHERI sonat verbis, aut saltem quantum fieri potest, paucissimis mutatis, suis docent in Scholis, miseræ imponentes plebeculae, nos cum illis in paucissimis saltem discrepare, quae non tanti sint momenti, quanti à Nostratibus in odium saltem illorum esse fingantur & proclamantur: videlicet ut hoc modo decepti homines suos illorum institutioni liberos eò facilius committant, quibus postmodum à teneris, quod ajunt, unguiculis venenatam doctrinam tanquam cum lacte materno insillant.

Horrendam specioso tegmine fraudem!

Miserandâ elusos homullos decipulâ! Non minùs insignem excogitavit astum, & falsam simulavit amicitiam *cum quodam ex Nostratibus Theologis, quidam in vicinia Adversarius*, (quae non multum distat à Joabistica illa erga Abnerum 2. Sam. 3. 27.) Cum enim ille adversus hujus Societatis asseclam quendam (virum si DIS placet, inclutum & incomparabilem) aliquid edidisset libri, hic, tanquam, illius esse auctoris, cujus praefixum gerit nomen, nullo modo credere posset, praese fert: immò, inquit, *nihil mihi in humanis aequè creditu difficile est, quam ut earum (lucubrationum) vel apicem ullum ab*

B 2

huma-

*humanissimâ ingenii N. lucerna promicuisse queam persuaderi. Simulat, inquam, ac si esset certissimus, alium quendam hujus nominis usurpatorem furacissimum ejus esse autorem, proinde illius, quem amicorum suorum nulli non præferendum, item amicum venerandum, modestum juxta & melimelleum &c. vocat, laudatissimi nominis vindicem, se promittit, atque eidem, ut fidem suam publicè testetur, & summum studium profiteatur, dedicat, eiq; quidnam optatius, honorificentiusve accidere possit, nihil sanè videre se asserit. Præoccupat etiam, si quid mordaciùs & acerbiùs scriptum legerit, ne de se, sed sub larva hac delitescente dictum putet. Verba sunt: *Quæ de stupore, de vafritie, de N. Blasphemis à me asferentur in progressu, non in Te amicum meum pervenerandum, sed in arreptitium histrionis illius personati nomen arietari cognosces.* Summa, tota dedicatio blandissimis scatet verbis,*

Ac studiis vitæque pares & moribus essent;

Germanajures participare fide.

Totam autem pervolventi putatitiam hanc vindicationem obviant plurima

mordacia puncta procacis

Atque venenatæ furiosa tonitrua linguæ,
quæ vanitatem præcedentis protestationis evidenter evincant. Potissimum autem parum decorum est, & exiguam redolet amicitiam ejus, quem certò scio non esse alicujus rei autorem, infirmitates, quas potius tacere conveniebat, quàm in publicum producere proscenium, per plurimas ab iis odiosa desumere similia pagellas, uti ab autore factum pag. 48. &c. O subtiles fallacias! Siccine cum quæ hostes nihil profecerint, sub specie amicitiae Ecclesiam adoriuntur! Plures recensere dolos, exigui foret laboris: *Sufficit unum superaddere*, qui quidem ad præsens negotium plurimum facit, immò cujus gratia omne id, quod præ manibus est, à nobis est institutum. Prodiere anni superioris nundinis Mœno Francofurtensibus autumnalibus pagellæ quædam, hunc præfixum gerentes titulum: *Scrupel vber das Lutherische Jubel Jahr vnd Fest/welches dis Jahr 1630. den 25, 26, 27. Junii gehalten / vnd gefeyret worden etc.* Quibus sub larvâ, ac si earum autor esset civis quidam nostræ religioni addictus, duodecim moventur dubia circa Jubilæum nostrum. Hujus autem opusculi

sculi autorem esse Pontificium sum persuasissimus, qui novâ hâc inventionem pomum Eridos in mediam projicere plebem, eiq̃ue perversas de nostro Festo cogitationes excitare sibi proposuerit. *Quis enim* I. sibi persuadeat, vel parùm saltem in nostra religione informatum ex principiis talibus unquam disputare ausurum fuisse & cujusmodi sunt dub. i. de perpetuo Ecclesiæ splendore, dub. 6. de Schismatibus, dub. ii. de variatione A. C. &c. *Accedit* II. quòd nemo ex nostræ doctrinæ adhærentibus tam falsè & jocosè, penè dixissem, scurriliter de A. C. loqueretur, quemadmodum dub. ult. legitur. III. *Quis credat* auditorem sua dubia suo Pastori typis excusa offerre, in primis ob scandalum inde enasciturum, immò tumultum & quasi Ecclesiasticam seditionem? *Et quidem* IV. suppresso loci nomine, cum id sit usitatissimum, ut, ubi quis ad quemdam in eadem habitantem urbe scribit, etiam locum denominet: *Ut* V. nihil dicam de fictis utriusque nominibus. Non autem loquor de posterioribus, cum non ignorem, *frequentissima* talia esse, quæ vel ab inanimatis desumuntur rebus, cujusmodi Pastoris esse videtur; vel ab Opificiis, sic sæpius audias Textores, Vietores, Tonsores, Lanios, Carnarios, Fabros, Fabricios, Sutorios, Sartorios, Agricolas, Pistorios, Figulos, Kesleros, Molitores &c. Sed intendo priora. Nam etsi ירמיהו Irmejahu idem sit, quod Jeremias, adeoque nomen proprium viri, i. nemo tamen ita dictus hætenus secundum originem Hebræam suam scripsit nomen: 2. taceo differentiam, quæ est inter Irmejahu & Iirmiahu: 3. ne & illud attingam, si unam dictionem prout in fontibus sonat, ipsi scribere placuit, cur dub. ii. pro Salomon non posuit Schelomoh? Sic enim ad imitationem Hebræam scribendum fuisset: quid 4. cum aliàs Pontificii Hebræum textum ad versionem vulgatam corrigendum velint, ut *Gregorius de Valentia & Gretserus* (idque ideò quod *Tridentini sess. 4. decreverint, ut in publicis lectionibus, disputationibus, prædicationibus, aut expositionibus pro authentica habeatur, & quòd eam nemo rejicere quòvis pretextu audeat vel præsumat*) maximè non Iirmiahu, sed Jeremias dicendum erit. Sic posterius quod concernit nomen, tertiam quidem literam Alphabeti Hebræi ita insigniri nemo diffitetur; hujusmodi autem nomen viro fuisse,

Cujus quæso unquam fando pervénit ad aures?

B 3

Hæc

Hæc & similia consideranti nullum amplius relinquitur dubium, quin hujus Scripti architectus sit Romano-Catholicæ Ecclesiæ Sectator, qui hoc novo doli genere apud multos ex Nostratibus simplices viam ad apostasiam sternere attentaverit. At sanè adeò frigidè & jejunè, ut nostræ doctrinæ Lumina puduerit, ullum ex iis in tam elumbi Scheda refutanda tempus terere, utpote quorum humeros graviora premunt negotia, quàm ut talibus nugis, quæ irrisione, immò commiseratione quàm operosa refutatione digniores sunt, vacare possint. Rectius igitur de Theologis Nostris dico, quàm quod ille de Se Suisque: *Vin' scire causam? Fœnum non mandere solent leones*: Id est generosus illorum spiritus & entheus ardor altius fertur, quàm ut in refutandis hisce affaniis, inaniis, quisquiliis operam aliquam locent. Imò penè dixissem sine fraude & damno Ecclesiæ præsentissimo magis arduis negotiis Illos suas cervices subtrahere, & his leviculis occupari non posse. Ne tamen adversarii, si omninò nihil reponatur, de nobis

Regia defigant dextrâ victricis tropæa,
& applausum rudis popelli

(Scilicet egregiam laudem & spolia ampla) reportent, ac si ad faciliora hæc, quæ à nostratibus plebeiis (scilicet si credere fas est) moventur, dubia & argumenta non possemus respondere, quod multis defectionis suppeditare posset ansam; Tyronibus, ut in illis se exercent, relinquitur, non tam ut experiantur suas vires, quàm quòd ipsa argumenta ficulnea non requirant doctiores & exercitiores. Cum itaque hæctenus aliorum labores & lucubrations respondendo *κατὰ δύναμιν* defenderim, denique propriâ Minervâ aliquid tentandum putavi. At memor illius *Horatiani*;

Sumite materiam vestris, qui scribitis, æquam

Viribus, & versate diu, quid ferre recusent

Quid valeant humeri,

hisce diebus ad solutionem horum dubiorum animum applicui, scilicet ad imitationem *Milonis illius Crotoniata*, qui testante *Athenæo*, juvenis gestando vitulum, & subinde gravius in se recipiendo pondus, tantum sibi tandem conciliavit membrorum robur, ut taurum quadrimum ludis Olympiæ inspectante totâ Græciâ portârit. Ad hujus, inquam, exemplum in facilioribus vires periclitari placuit,

7
cuit, forsan olim, *σὺν Θεῷ*, animum ad magis ardua appulsurus.
Potissimum autem, ut eloquar, quod res est, hanc ut materiam
arriperem, instigavit me dubium penultimum, quo Autor exagitat
editionem A. C. NURNBERGENSIUM, & eò ipsò plus in recessu oc-
cultat, quàm primò intuitu, cuiquam possit apparere, ut in exami-
ne ostendetur. Itaque

Istud movit amor Patriæ sub pectora calcar,
Cui omnem opellam jam tum consecravi: *Ultinam auspicato! quod
faxit DEUS!* Dicis forsan, laborem hunc supervacaneum esse,
tum quòd ab Idiotis Latii ignaris non intelligatur, tum quòd
illi,

Quos ter tres dulci potârunt nectare Nymphæ,
vitiosam in dubiis seqq. collectionem absque me monstratore de-
prehendant. At scire te volo, ne iudicium tuum præcipites, hanc
me suscepisse provinciam, non tam ut alios docerem, quàm ut
memet exercerem, præstolari autem,

donec Gorgoneis alius madefactor undis
vernaculâ linguâ ea in usum illiterati popelli refellat; quod si bre-
vi nemo in apricam prodibit lucem, En! quin ipsemet tale quid
tentem nondum abjuravi. Interim præsentem, quod attinet lu-
cubrations, tutissimam & facillimam in iis viam duxi, quam in
refutationibus suis non solum urgent Adversarii (de qua legatur
Colloquium Ratisbonense) verum etiam prævisse vidi plures Magni
nominis Theologos, in quorum numero est *Celeberrimus & Acutissimus
Philosophus, & Theologus Dn. D. GRALLERUS*, b. m. præcipuè in
disputationibus suis Anti Jesuit. ut & *Reverendus Dn. Præses in Colle-
giis suis pene omnibus*, nimirum ubi res permittunt, eas in formam
redigunt Syllogisticam explicitam. Hanc, inquam, semitam &
mihi terendam sumsi, ad quam citra ultiores ambages me ac-
cingo, & ut ipsa tractatio fiat methodò, *ipsa verba formalia eorum
examini bonâ fide præmittam*, tum quod ea in paucorum manibus
esse sciam, tum ut me Autori nihil præter ipsius mentem affinge-
re, omnibus pateat.

Auspice Te solvit noster retinacula lembus,
Flamine da ferri prosperiore, DEUS!

TITU-

TITULUS.

S Crupel vber das Lutherische Jubel Jahr vnd
Fest welches diß Jahr 1630. den 25. 26. vnd 27. Junij
gehalten vnd gefeyret worden/aus dem Sendschreis
ben Gimel Topfers, eines Lutherischen Evangelischen Bür-
gers zu N. an den Ehrwürdigen vnd Wolgelahrten Herren
M. Iirmiahu Schon Kapp Diener am Wort zu N. darinn
er von ihme bessere Nachricht begehret. Im Jahr 1630.

EXAMEN.

§ Quid ad hæc reponam, nisi quod superius dixi? puta totum
hunc titulum ex cerebro Pontificio natum, nec unquam civi ali-
cui, nostræ religionis socio, vel per somnium in mentem venisse,
ut hæc dubia consignaret, typis mandaret, & mundi parietibus
affigeret; immò ausim jurare, nullum, cui nomen sit GIMEL in
rerum natura reperiri,

seu quæras Plutonis in aula,

seu quâ Sol lustrat totius climata terræ.

E contrario indubius affirmo, Autorem hoc pallium adhibere
voluisse, ut eò securius virulenta, quæ continetur, doctrina in in-
cogitantium animos sese insinuaret, in hoc imitatus,

quæ sub melle latenter

Lurida, terribiles, præbent aconita, novercas.

Mitto proinde Titulum, transitum parans ad

EPISTOLÆ EXORDIUM.

Ehrwürdiger/Wolgelahrter Herr. Dem Herren mein
Gruß vnd alles Liebes vnd Gutes zuvor. Ich kan dem
Herren nicht bergen was grossen Trost vnd Frewde ich
in vnserm Jubelfest (so wir den 25. 26. vnd 27. Tag des Mo-
nats Junij altem Calender nach gehalten) empfunden vnd ges-
fühlet/sonderlich bey ewren schönen Predigten/vñ bey den lieb-
lichen Gesängen/allein sind mir etliche Zweifel vnd Crupel
zugefallen/deren ich mich nicht selber weis zu entladen/Bitte
derowegen/Ihr wollet mir darvon helfen.

EXA-

EXAMEN.

s. Haut disparis farinae est haec placentula, & eadem calliditatis dulcedine illita, ut scilicet rude vulgus eò minus latens inibi toxicum observet. Et quidem ne ex animo profecta haec verba, sed simulata esse credamus, adducimur supra citatis rationibus, quas inde licet petere. Ego ne actum agam, progredior ad rem ipsam, & eò, quò posita sunt ordine, dubia singula examinanda.

SCRUPULUS I.

Quod Er erste betrifft die Ursach dieses Fests: nemlich weil unsere Augspurgische Confession vnd Bekenntniß Lehr vor hundert Jahren/dem Grosmächtigen Kayser Carolo dem Fünfften am grossen Reichstage zu Augspurg ist das erste mal vbergeben / vnd öffentlich bekennet worden / da felle mir ein / wo sie dann die vorgehende ganze funffzehnhundert Jahr gewest seyn / da sie erst damals ans Taglicht kommen? Denn einmal dieses der wahren Kirchen Christi Art vnd Eigenschafft nicht ist / daß sie so viel hundert Jahr vnter dem Scheffel verborgen vnd begraben lige / sondern hat vielmehr allezeit scheinen vnd leuchten sollen / wie die Sonne am Himmel / vnd wie eine Stad auff einem Berge / nach Aussage der vnfehlbaren Versprechungen Christi / vnser lieben Heilandes / oder aber es muß nicht die rechte wahre Kirche seyn.

Ist auch nicht möglich auszusprechen / wo doch die Unglaubige / Heyden / Türcken vnd Tartern sich vnter dessen müssen oder könten anmelden / wann sie sich hetten wollen zum Christlichen wahren Glauben bekehren / wann vnser Lehre so lange Zeit ist im verborgen vnd vnter der finstern Banck gelegen? weren dieselbe nicht aller Mittel zur Seeligkeit so lange Zeit beraubet gewesen? welches doch der grossen Güte vnd sonnenklaren Versprechungen Gottes zu wider.

E

Ist

Ist aber diese unsere Lehr schon vor gemelten hundere Jahren im Schwang gangen / seynd wir dann nicht einfeltig / daß wir erst zu jubiliren anfangen?

EXAMEN

§ 1. Primum dubium hoc videtur evincere, omninò jubilandum nobis non fuisse. Videtur, inquam, evincere, sed in rei veritate non evincit: tale enim est Argumentum:

Quicumq; Jubilæum celebrant, eò quod religionis sue Confessio ante seculum primùm Imperatori oblata fuit, hoc ipso innuunt ante id tempus eam fuisse obscuram.

Atqui nos sumus illi ipsi, qui &c. E.

Concedi posset totus Syllogismus, ut qui nihil contra nos concludit. Ast *Adversarius* Conclusionem absurdam putat. Nam *presupponit* tanquam immotum axioma, quòd *Ecclesia semper debeat esse speciosa & gloriosa*, & inde nos ad absurdum deducere conatur.

Destruenda igitur prius est hypothesis; Et quidem non ex professo: sed ratione propositi eorum Argumentorum nervos succidere sufficit, quibus hoc loco stat fulta. Deinde ad ipsum principalem respondendum est Syllogismum.

§. 2. *Hypothesin quod attinet Resp. in genere. Hæc doctrina est Pontificiorum, ut videre est apud Bekarm. lib. 4. de Ecclesia cap. 7. ubi quartam notam ponit amplitudinem sive multitudinem & varietatem credentium; ibidem lib. 3. cap. 12. citat testimonia Veterum, & cap. seq. prolixam instituit probationem de eâ quæstione, Utrum Ecclesia visibilis possit deficere & subjungit: Nomine Ecclesiæ non intelligimus unum aut alterum hominem Christianum, sed multitudinem congregatam, in qua sint Prælati & Subditi. Eandem materiam prosequitur Franc. Costerus Enchir. Controversiar. cap. 2. Becanus Man. lib. 1. cap. 3. §. 1. &c. & alii. Quæ sententia cum abluat à veritate, adeoque à Nostratibus dudum fit refutata. Proinde aliorum labores pluribus adscribere nolo, cum eos omnium teri manibus fit notissimum. Videatur saltem inter alios Plur. Rev. & Præcell. Theologus Dn. D. GERHARDUS Patronus, Præceptor ac Promotor meus jugi observantia suspiciendus. Loc. de Ecclesia.*

§. 3. II. Se-

§. 3. II. *Sequuntur Responsiones speciales ad argumenta, quibus hypothesis stabiliri videtur, inter quæ aciem ducit*

I. *Locus Matth. 5. 14, 15. & c. ad quem Resp. 1. quòd possem locum illum cum Rev. & Praclariss. Theologo Dn. D. CALIXTO Praeceptore ac Hospite olim meo eternùm honorando, Concord. Evang. pag. 161. explicare, ita ut tantùm ageret de eminentia Officii Apostolatùs, ac idem esset, ac si dixisset: Doctorum publicorum, quales futuri erant Apostoli, vita & mores latere non possunt. Cui explanationi suffragatur Cornelius Jansenius Episcopus Gandavensis, Pontificius, citante eod. ibid. ut & Dn. D. GRAUERUS disp. Anti-Jesuit. 2. th. 51. dicens; Dicta hæc (puta hoc & Luc. 10. 18.) propriè de Apostolis tanquam ἀμείωτος per CHRISTUM vocatis esse accipienda; non autem de quibuslibet Ecclesie Ministris. Jam autem ita argumentari velle; Apostolorum mores Auditoribus esse regulam, & latere non posse, sed necessariò (verba sunt Jansenii) omnium oculos convertendos in ipsos. E. Ecclesiam totam, perpetui simili debere esse flore. Quæ essent ineptiæ? Cùm notum sit discrimen inter sermones SALVATORIS factos ad Apostolos, quòd nimirum alii sint peculiariter Apostolos, alii sub Apostolorum nomine reliquos Ecclesie Ministros, alii omnes fideles concernentes, de quo vide Dn. D. GERHARDUM Loc. Com. Tom. 5. pag. 53. Jam verò etsi Adversarii evincerent, locum hunc tertio generi adscribendum esse, quì intestina bella evitare possent, quò minus socii se invicem non tam impugnarent quàm expugnarent, non video. Cùm verò videam ab Orthodoxis etiam hæc verba de Ecclesia tota intellecta esse, utpote Dn. D. HERBRANDO, & Dn. D. HUNNIO (citante Dn. D. ANDREA OSIANDRO in nota marginali) unde sine gravi causa recedere sit religio. Resp. itaq; 2. quòd πόλις ἐπάνω ὄρει κειμένη ἀεὶ ὡς ἔστιν & δυναμένη dicatur, non quòd omninò nullum claritatis suæ decemntum ei expectandum sit: sed quòd CHRISTUS ibi respiciat ad primam Ecclesie in N. T. faciem. Notum enim est, quadruplicem eam esse, quarum 1. clarissima & maximè conspicua Apostolorum tempore; 2. traditionibus quibusdam obnoxia, Patrum ætate; 3. superstitionibus obscurata, sub Papatu; 4. Pristino ni-*

tori restituta, inde à reformatione B. LUTHERI, uti fufius ex HUNNIO allegat ANDREAS OSIANDER not. marg. ad Luc. 12. 32. Concedo ergò cum Dn. D. GRAHERO disp. Anti-Jesuit. 2. th. 56. quòd Deus Ecclesiam suam voluerit esse visibilem: sed non tantùm; Ecclesia comparatur civitati supra montem posita propter publicum Verbi ac Sacramentorum ministerium. Proinde tamen de tota Ecclesia intelligatur hic locus, nihil aliud evincit, nisi felicitatem aliquam, atque eminentiam temporariam. Quod probo sequenti Syllogismo: Si alibi in sacra Scriptura prædicitur Ecclesie status inglorius, h. l. de perennante ejus gloria accipi nequit. Atqui prius est. E. Major nititur eo, quod utrinque conceditur, puta Scripturam Scripturæ non contradicere: sed si quæ sunt, esse eas apparentes tantùm contradictiones. Minorem operose probare supervacaneum duco. Videatur Apoc. 12. 6. 9. 3. Luc. 18. 8.

Quæris ulterius; 1. ubinam delituerit Ecclesia nostra, si non aprico exposita; saltem quasi captivata, seu quasi tenebrarum involucris tecta? 2. Si in rerum natura (ut ita loquar) extitit, cur ergò jam quasi de nova, & ultra seculum suam non extendente ætatem, seculare indicinius festum? Respondeo de utroque inferius, & quidem mox dicendi offeretur occasio; jam tantùm hypothesin evertere progredior, ejusque probationem ulterius expensurus, quæ est

§. 4. II. Ex Psalm. 18, 6. Hunc locum ut crederem indigitari, non tantùm moverunt verba, sed insuper quòd eum pro suæ sententiæ assertionem afferant Bellarm. lib. 2. de Eccles. cap. 12. §. Secundò probatur. Becanus Man. lib. 1. cap. 3. §. 5. Foret itaq; Argumentũ tale: Si Ecclesia Christianæ proprietatis est, semper lucere, ut Sol in cælo, nunquam ea obscurabitur. Atqui prius est. E. Resp. I. Majorem quòd atinet, ea duplicem admittit sensum. Intelligitur enim per Ecclesiam vel Ecclesia particularis, nimirum ea, quæ floruit Davidis tempore, & hoc sensu totum argumentum admitti posset, quamvis non constringeret, ut mox videre erit, quia nos non ferit, qui disputamus de universali: ambabus enim quod ajunt, manibus largimur, Ecclesie tempore Davidis & Salomonis fuisse

toto

toto memorabile nomen in orbe,

Qua Sol educit quaque reducit equos,
eamque tum vel maximè floruisse: Interea, uti dictum est, nihil
evinceret, saltem pro hujus continuatione, cum experientia ali-
ter nos docuerit, cum primis in captivitate Babylonica: *Vel innui-*
tur per Ecclesiam Ecclesia universalis, & tunc nullo modo concedi-
tur. Quin potius rehero per inversionem: Si Ecclesia Christiana proprium
est lucere, ut Sol, aliquando ejus splendor obtegetur. Ratio connexionis
est hæc; quod experientia immò sensus oculorum nos doceat,
quomodo

Inficiat nitidos Titan ferrugine crines,

Mæstamque ostendat frontem sine lumine terris.

Sed *videor audire* aliquos murmurantes idem quod *Becanus* Man.
lib. i. cap. 3. § 58. ad hanc retorsionem objectionis à Luna desumptæ
regerit, puta se mirari, quod *Nostrates* hanc Similitudinem hoc
sensu explicent in præjudicium Ecclesiæ, cum aliæ multæ ostendi
& desumi possint, quæ in favorem & commendationem illius ex-
plicari debeant. *Resp.* Definite: fit enim hoc ductu Scripturæ, tene-
bricosum Ecclesiæ statum prædicentis sæpissimè, continuationem
& perpetuitatem gloriæ nunquam.

§. 5. II. *Minorem ponderaturus dico* 1. quod ne apex ullus in ci-
tato loco extet, qui æternitatis speciem præ se ferat; Nam quamvis
æternitas, intellige, limitata & ad finem mundi restricta, huic ma-
teriæ, de qua *Psaltes* loquitur, accidat, hinc tamen evinci nequit.
2. Sensus literalis, (*è quo teste Thoma, solo potest trahi argumentum, non*
autem ex his, quæ secundum allegoriam dicuntur, & fatente Bellarmino peti
debent argumenta efficacia) longè aliud vult; Id enim tantum osten-
dit, *Davidem* illius Psalmi versibus ii. prioribus gloriam Dei prædi-
care, tum à rebus creatis, ex naturæ ordine, usque ad vers. 8. tum
ex verbo Dei & dispensatione gratiæ, ut eleganter *Tremollius*: quid
autem hæc ad Ecclesiam? *Instas*: Allegationem *B. Pauli* Rom. 16.
18. suadere, ut locus hic de Ecclesia accipiatur. *Resp.* dicta citata in
N. T. ex V. ibi non semper eundem sensum obtinent, quem hîc. Nam
aliquando speciale dictum de una re ad aliam magis peregrinam applicatur
certam ob causam, verba sunt Rev. Dn. D. KESLERI disp. inaug.

de dictorum V. T. in N. allegat. th. 42. sive ut Dn. D. GLASSIUS Philol. lib. 2. part. 1. tract. 2. sect. 3. art. 2. loquitur, *Verba Psalmi 19. 5. de Creationis operibus loquentia allegorice ad predicationem Evangelicam refert Paulus Rom. 10. 18.* 3. Cum haecenus ad rem argumentati simus, disputemus jam ad hominem. Opponimus autem huic Bellarmini & Becani explicationi Raynerium Snyogaudanum in Scala caeli, seu paraphrasi Psalterii Davidici. Quid autem ille? Scilicet ita locum citatum explicat: *In Sole & Lumine totius mundi, quia factus homo visibilis, posuit CHRISTUS tabernaculum & corpus suum assumptum ex virgine &c.* Quærimus meritò, quis ex ipsis verum sit affectus intellectum? Hic non possunt non ad ravim usque invicem altercari, & de hujus dissidii (cujusmodi alia etiam inter ipsos non sunt infrequentia) compositione operosè labore, nisi corpus CHRISTI ex virgine, & Ecclesiam visibilem planè pro uno eodemque habere velint, quò dementiæ illos delapsos esse nondum credo. *Nec est ut dicatur Autorem citatum non admodum de literalisudasse intelligentia, sed usum ostendisse.* Resp. Reclamant verba Tituli libro præfixi: *Veram genuinamq; Prophetæ intelligentiam lectori commonstrant.* Si opponere placet auctoritatem B. Augustini, ejusque explicationem, quam locis citatis afferunt Bellarminus & Becanus; Resp. 1. in genere de Patribus, quod Rev. & Clariss. Dn. D. JACOBUS MARTINI Partit. Theol. disp. 29. th. 8. de iis dicit: *Negari haud potest, quosdam Apostolorum tempora proxime attingentes gravissima quædam fidei dogmata minus cautè, minus distinctè, minusq; purè, quam illorum Successores proposuisse.* Si hoc in Articulis fidei contigit, quid de aliis quæstionibus dicendum?

Immò ipsimet Patres supra Scripturam elevari nolunt, sed illam ubiq; agnoscunt fundamentum: quin quod ipse B. Augustinus sæpè adversus eos, qui nimium tribuerunt Scriptis Patrum, hunc ingeminavit Canonem: *Ex solis Scriptis Canonicis probandos esse articulos fidei; reliquorum verò scripta ita legenda, ut liceat in illis improbare & respuere, quæ cum veritate Canonica non congruunt.* Tanti itaque expositiones Patrum non facimus, ut eas visceribus Textus præjudicare patiamur: nec tamen omninò rejicimus, sed dicimus 2. quid si B. Augustinus non secundum literam, sed allegoricum sensum exposuisset?

fuisset? & 3. positò sed non concessò, illum literalem hanc voluisse mentem psalmographi, Erravit tamen & erroris causa in promptu est, linguarum puta ignoratio: adeòque meritò dicere possum cum Dn. D. CALIXTO: Hieronymo ut etate ita quoq; eruditione proximus censendus est Augustinus, tantò acrimoniâ & probitate iudicii superior, quantò cognitione linguarum inferior. Absque dubio igitur versione vulgata usus (quæ est: *in Sole posuit tabernaculum suum*) hanc admisit interpretationem; quod fecisset nunquam, si Hebræos consulisset fontes, qui (Interprete *Aria Montano Pontificio*) habent: *Soli posuit tabernaculum in eis* &c. Manet itaq; neque hoc dictum nos ligare, ut perpetuam Ecclesiæ in externis gloriam & conspuitatem asserere teneamur. Restat enervandum ultimum Argumentum, quod est

§. 6. III. Ratio sequitur, puta absurdum esse, dicere Ecclesiam aliquando posse occultari, & quasi tenebris obnubi, eò quod Gentiles eam adire anhelantes voti sui compotes reddi non possent, adeòque medio salutis destituerentur, quod misericordiæ & promissioni divinæ contrariatur. Argumentum est tale: *Si Ecclesia aliquando est occulta, Gentiles eam accedere non poterunt. Atqui ex nostra sententia prius est. E. & posterius, quod absurdum.* Ἰδὲ πῶς ἔστι ἰδὲ καὶ τὸ ὠνόμα. Hic scilicet est ille nodus Gordius, quem dudum dissecut Dn. D. GERHARDUS Loc. de Ecclesia pag. 769. Urget autem idem hoc Argumentum Bellarm. lib. 3. de Ecclesia cap. 13. §. ultimo probatur. Becanus Man. lib. 1. cap. 3. §. 29. Resp. itaque, ambiguitates latere in Majoris tum Antecedente, tum Consequente. Illud quod attinet, Ecclesia occulta vel invisibilis dici potest duobus modis: Uno respectu fidei & electorum; altero respectu externi splendoris, qui interdum ita obfuscatur, ut ea paucis innotescat. Illud non est huius loci, cum ea ratione sit & maneat nobis occulta, tametsi Catholica Ecclesia summo flore existat; Sed hoc: cum Ecclesia in tantas redigitur angustias, ut sit sine externa gloria, & hoc sensu dici potest occulta quoad externam gloriam. Consequens duplicè itidem admittit significationem. 1. Accedere enim ad Ecclesiam aliquis dicitur vel cum particulari alicui Ecclesiæ sese associat professione & loco, qui dicitur *accessus externus* vel

vel cum Catholicæ se conjungit fide & professione, qui est *internus*. Hinc 2. *Major* intelligitur vel hoc sensu: Si Ecclesia aliquando extrinseco jubare est destituta, Gentiles externo accessu ei se conjungere nequeunt; & conceditur totus Syllogismus, quia non convincit nos absurditatis, eò, quòd extrinseca conjunctio cum Ecclesia non est de absoluta necessitate salutis, fatente vel ipso Bellarmino lib. 2. de Ecclesia cap. 3. *Catechumenis sufficere, licet non re ipsa, saltem voto sint & desiderio in Ecclesia*. Deinde hunc admittit sensum: Si forinsecus Ecclesiæ nitor obnubilatur, infidelibus ad eam non est aditus internus; quòd negamus: Siquidem Conversio hominis pagani, sive aditus ad Ecclesiam internus non pendet ab externo ejus splendore per se, alioquin omnis infidelis, cui innotescit externa Ecclesiæ gloria, ad eam internè necessariò accederet, cum à per se ad de omni valeat *Consequentia*. Committeretur igitur ab illo, qui sic argumentari vellet, *fallacia Accidentis*, quando quidem tribueretur tenebricosæ faciei Ecclesiæ privatio Salutis infidelium per se, quæ tamen ei tantummodò accidit. Sed sensum hunc *dubitabundus* noster non videtur intendere. Cæterum quomodo ii, quibus Christianorum vel Ecclesiæ nomen ne fando quidem pervenit ad aures, ad fidem pervenire possunt, nec, licet pereant, damnationis illorum culpa in Deum recidat: Consule Dn. D. CALIXTUM Epit. pag. 243. *puta si notitiis naturalibus rectè usi fuerint, & de sua salute, quantum possunt, laboraverint, DEUS illis de ulterioribus mediis prospiciet*. Ad quam verò Ecclesiam debuerint accedere, si *queras*. Resp. infra invenies responsionem ad Quæstionem, ubi Ecclesia nostra fuerit tempore Papatûs. *Corruit igitur putavitia hæc hypothesis de perpetua externa Ecclesiæ gloria, exciso tergemino quo nitebatur fulcimento*.

§. 7. *Redeundum hinc ad primarium, quo primus continetur Scrupulus, Argumentum*. Ad cujus *Majorem Resp.* quòd *dupliciter* possit accipi, *vel ita*, ac si dicatur: quicumque de antiquissimæ doctrinæ publica & solenni exhibitione & repurgata confessione, ante proximum, quòd præteriit, seculum facta, jubila instituunt eo ipso indicant, ante id tempus eam fuisse obscuram; *vel hoc modo*: quicumq; de exhibitione & confessione suæ doctrinæ ante seculum

primum

primum facta (seu prima vice, *das erste mal* / uti verba sonant, non respectu ad profitentem, sed doctrinam habito) jubilant; demonstrant ante eam fuisse obscuram. *Priori modo* acceptam admittimus, immò totum Syllogismum, cum per obscuritatem Ecclesiæ nil derogari jam ante, destruendo probationes, ostenderimus, nihil elici absurditatis poterit, quantumvis concludatur, nos Ecclesiam nostram aliquandiu subobscuram fuisse confiteri. At *sensu posteriori* intellectam dico falsam esse, cum hoc modo jubilantes doctrinæ suæ non obscuritatem, sed novitatem propalent. Novitatem autem plus dicere, quam dicit obscuritas, notum est; cum hæc sit rerum etiam obsoletarum: illa non item. *Negatur* itaque hoc sensu *Minor*: cum nullus *Nostratum* id unquam docuerit; sed potius uno ore omnes eos doctrinam & Ecclesiam ab Apostolis traditam & inchoatam habere, hæctenus docuerint & defenderint. Huc refer verba *Dn. D. HUNNII* disp. 1. in A. C. th. 2, 3. *Augustana Confessio dicta est ab urbe Augusta Vindellicorum, non quòd ibi demum nata sit nostra religio, ut Pontificii titulum Augustanæ Confessionis exagitant, aliàs enim promptum foret symboli quoq; Niceni à Nicæa urbe denominati autoritatē per consimilem ludum jocumq; extenuare, sed Augustana dicitur, quòd in Comitibus Imperialibus Augusta religionis potissimum causa celebratis exhibita est & oblata CAROLO V. Cesari non sine presentissimo discrimine capitis & fortunarum exemplo Constantiæ ad omnem posteritatem commemorabili.* Hæc ille. Vide etiam *Dn. D. MENTZERI* Exeg. A. C. Proleg. p. 13. & alios.

§. 8. *Instat Dubitabundus noster*: Si obscuritas non est falsæ Ecclesiæ nota, & nos nostram veram esse gloriamur, dicendum nobis incumbit, ubinam illa per quindecim secula delituerit? *Resp. I.* Falsum est, Ecclesiam per quindecim secula in tenebris latuisse: absit enim ut dicamus statim ab Apostolorum temporibus Papismum cœpisse. Ejus enim initium referunt *ad Bonifacium III.* qui à *Phoca* Imperatore Vicarius Ecclesiæ salutatus est, quod contigit demum post seculum Sextum, ut *Rev. & Magnanimus Theologus Dn. D. THILMIIUS b. m. Præceptor olim & Fautor singulariter honoratus*, ostendit in *Christl. wolgegr. Bericht* pag. 259. Ubi tamen & hoc *notandum*, mutationem & defectionem non fuisse subita-

D

neam,

neam, repentinam & quasi momentaneam; sed successivè illam contigisse, ita nimirum ut fermè quilibet ex Pontificibus idololatriæ aliquid superadjecerit, ceu alibi ostenditur. II. Dico, etiam in medio Papatu, immò ubi idololatria quàm maximè floruit, mansit vera Ecclesia; seu ut loqui solent, fuit sub Papatu, sed non de Papatu, pari modo, ut CHRISTUS Joh. 15. 19. Discipulos suos in mundo degentes de mundo esse negat. Idque probo ex firmissimis Ecclesiæ nostræ columnis. Primpilum pono Magnum MARTINIUM CHEMNITIUM, qui part. 3. loc. Theol. p. m. 310. ad hanc Quæstionem, Num DEUS per Ministerium verbi sit efficax in eo etiam loco, ubi sunt impii! Respondet, omninò idq; ex Scriptura dictis demonstrat: Esa. 55. 10. 1. Cor. 15. 58. Luc. 8. 8. Matth. 13. 23, 27. 1. Reg. 19. 18. Esa. 1. 9. 6. 13. Sic etiam Dn. D. ÆGIDIUS HUNNIUS disp. 12. in A. C. th. 34. ita habet: Objiciebant Papistæ, nisi Papatus superiorum ætatum habeatur pro vera eorum temporum Ecclesia, omninò sequi, nullam uspiam seculis superioribus extitisse Ecclesiam in mundo. Respondet, A. C. perpetuò manere Ecclesiam DEI, ideoq; (vult subindicare) ne superioribus quidem seculis intercidisse, sed mansisse omninò, quantumvis sub Tyrannide Romani AntiChristi non ita floruerit, sed secundum vaticinia SPIRITUS sancti in solitudinem præ furore bestie fuerit ejecta, Apocal. 12. Hæc ille. Ubi in subseqq. thesibus huc refert quædam vaticinia CHRISTI Prophetarum & Apostolorum. Item ex quibus constiterit, Ecclesia vera ostendit, nimirum ex contradicentibus Rom. Sedi; illis qui in mortis agone, omisâ operum fiducia solâ fide CHRISTUM arripientes, exspirârunt; ex infantibus itidem, statim post Baptismum ex hac vita ereptis. Id disp. seq. th. 15. ita habet: Id quod valere etiam volumus de Rom. Ecclesia, utpote quæ sit vera Antichristi Rom. sedes, in qua etiâ hodie & superioribus seculis vera & viva Ecclesiæ membra esse & fuisse nemo negat; idq; tum in infantibus, tum in multis Martyribus à Rom. meretrice interfectis Apoc. 17. tum in multis in ipso mortis articulo ope SPIRITUS sancti conversis conspicuum est. Dn. D. LUC. OSLANDER in Enchirid. Controvers. cum Pontif. cap. 7. q. 1. ad Pontificiorum hoc argumentum: Si Rom. Ecclesia non est vera Ecclesia, tum aliquot seculis CHRISTUS fuisset absq; sponsa: Atqui CHRISTUS nunquam fuit sine sponsa. E. inter alia eundem in sensum ita respondet: In visibili er-

rante

rante Ecclesia fuit occulta CHRISTI Sponsa (pulchra ab intus Psal. 45.) seu visibilis cœtus credentium: atq; ita CHRISTUS nihilominus habuit suam Sponsam. Similiter planè Dn. D. HAFENREFFERUS Loc. Comm. lib. 3. stat. 3. loc. 6. ad quæstionem: Ergo sub Papatu, ubi utrumq; horum (puta Verbum Dei sincerum & legitimus Sacramentorum usus) corruptum fuit, nulla fuit Ecclesia? Immo verò fuit, refert. Ad felicem quidem & florentem Ecclesia statum requiritur, ut & Verbi Ministerium purum & Sacramentorum usus legitimus sit, & ex omni parte integer, quo tamen modo non semper floret. Aliàs sequeretur, ante Johannis Baptiste & CHRISTI Salvatoris Ministerium nullam omninò Ecclesiam fuisse. Constat autem in Pontificio quoq; regno mansisse Verbum DEI. Inde desumptus fuit Decalogus, Symbolum Apostolorum, Oratio Dominica, Baptismus, Historia Passionis, Pericopæ Evangeliorum & Epistolarum Dominicalium; cum aliqui etiam de summis Mysteriis præcellentes Hymni, ex quibus Electi fundamenta Christiana Veritatis didicerunt: humanis traditionibus vel præteritis, vel in mortis agone displolis. Matth. 23. 2. Dn. D. GERHARDI verba, quæ extant tom. 5. loc. de Eccles. pag. 935. citare super sedeo; ut & Dn. D. DIETERICI pag. m. 472. Catech.

§. 9. Restat ultima decidenda quæstio: cur ergò paremus jubila, si doctrina nostra non est nova. Ubi Resp. I. peto observari astum *Scrupulosi nostri Auctoris*, qui rem proponit hac phrasi, ut *Schwang gangen* / quæ materialiter ei æquipollet, quâ dicitur, aliquid in summo esse flore, seu admodum vigère: Quam mentem nostram esse, nullatenus concedimus, cum ejus contrarium ex superioribus elucescat, videlicet *Nostrates* docere, puram religionem in abstruso fuisse reconditam. Sin 2. per hanc phrasin & modum loquendi intelligit quocunque modo sive splendido sive obscuro nostram religionem extitisse per aliquot decursum annorum, & quidem posteriori potissimum (nisi perperam alienam & falsam nobis tribuere velit mentem) responderem; nisi jam tum responsionem dedisset *Plur. Rev. Magnif. & Nobiliss. Dn. D. HOE & c.* prioribus pagellis *Manual. Jubil. Evangelici*, quò Lectorem remitto. Hactenus dubium primum, quò evincere conabatur, jubilandum nobis non fuisse; Sequitur

SCRUPULUS II.

DUm andern / wie kommet / daß es jetzt so viel Jubilierer
 abgibt vnter vns Lutherischen / da doch vnser so wenig vor
 hundert Jahren dieser Confession vnterschrieben? Wir-
 temberg hat 1530. sich zu dieser Confession nicht bekennen
 dörfen / Blin / Nördlingen / Regenspurg / Franckfurt / vnd
 viel andere Stände haben auch stillgeschwiegen vnd so viel
 Muths nicht gehabt / jetzt jubiliere vnd schreyen sie mit vol-
 lem Baggen / als weren sie eben sowol hundert jährige Beken-
 ner dieser Lehr. Wie reimet sich diß zusammen?

EXAMEN.

§. I. *Secundum hoc est dubium, quò dicit, regiones & civitates
 multas præterito anno Jubilèum indixisse de A. C. cui tamen an-
 te seculum addictæ non fuerint, ex eo concludit, eas tanquam ali-
 quid absurditatis committentes, ideò reprehendendas: quàm
 crassum verò & insulsum sit, quò nititur, fundamentum, facili-
 mo negotio deprehendemus, modò fiat Syllogismus, quem necesse
 est esse talem: Quæcunq; Ecclesia ante seculum Confessioni Augustanæ
 non subscripsit, ei de illa h. t. jubilèum non instituendum. Atqui Ducatus
 Wirtembergicus, Ulma itidem, Nördlinga, Ratisbona, Francofurtum, aliq;
 Status &c. E. Resp. Ut nihil dicam de verbis & phrasibus sarcasticis &
 æquivocis, quales sunt Jubilierer / plenis buccis jubila sonare, quæ
 vel solæ sufficerent ad demonstrandum, quòd Autor non sit C. A.
 assecla, ut inquam, hæc præteream, ad rem ipsam dico; Negan-
 dam esse Majorem; quippe quod Ecclesiarum nostrarum jubilèum
 non in eum instituatur finem, ac si singulæ earum Conf. Aug. per
 integrum seculum amplexæ fuissent; Notum est enim præter se-
 ptem Principes, duas tantum Imperiales subscripsisse Civitates: sed
 quòd jam DEI gratiâ profiteantur eam etiam doctrinam, quæ à
 fermento Pontificio repurgata, ei que in multis contradicens CA-
 ROLO V. in Comitibus Augustanis ante seculum oblata fuit, nihil
 obstante, quòd aliquæ earum seriùs illam acceptârint. Sic optimo
 jure jubilare potuissent Palatinatus Electoralis uterq; superior & infe-
 rior,*

rior, Ducatus item Neoburgicus, nisi recidivam paterentur. Sic optimo jure celebrârunt jubilæum seculare multi Principatus & Episcopatus, Magdeburgensis, Brunsvicensis, Lunæburgensis, Mekelburgensis, Wirtembergensis, & alii, ut & plurimi Comites & Barones, utpote à Schwarzenburg / Detting / Cassel / Mansfeld / Oldenburg etc. à Limpurg / Schönburg etc. nec minùs Civitates Imperiales, puta Lubeca, Goslaria & quas citat Dubius noster, Ulma, Nördlinga, Ratisbona &c. aliq, Status Imperii perquam multi, omnes, inquam, jubilarè potuissent, idque jure optimo, quia annis subseqq. huic ipsi Confessione se addixerunt, ut Catalogus eorum, qui Formulæ Concordiæ subscripserunt, edocet: quia, uti dixi, jubilæum instituitur ob doctrinæ renovatæ splendorem, non ob illius hîc vel illic acceptionem.

§. 2. *Rem declaro per similitudinem 2. Maccab. 10. describitur dedicatio Templi,*

Scilicet ut fuerint celebrata encœnia festo

Sacra per octiduum plausu:

additur etiam nova constitutio, ut hi dies quotannis celebrarentur vers. 8: in formam puta festi Tabernaculorum. vers. 6. idque in recordationem, ut paulo ante tempore per tabernaculorum festum in montibus & speluncis fuerant ferarum more solitarii, ibidem. Fingo, quod & contigisse vero simile est, paulò ante aliquem Profelytum factum, id est, à Gentilismo ad Judaismum transisse & circumcisum esse (Profelytum dico in specialiori significatione non qua pro quovis Advena ponitur apud LXX. sed eum qui rejecto Gentilismo Judaicam religionem est amplexus, tametsi adhuc discrimen sit inter Profelytum & peregrinum, de qua re vide FLACIUM part. 1. Clav. voc. Profelytus.) Quæro utrum licitum fuerit, illi anniversariam hanc solennitatem celebrare? Nemo utiq, negabit. Ita enim argumentor: Cuicumque licet & incumbit Pascha celebrare, eidem etiam licitum erit dedicationem templi celebrare. Atqui Profelytis licitum est, immò incumbit Pascha celebrare. E. iisdem licitum erit dedicationem templi celebrare. Major canone Logico nititur: Si id inest, quod inesse erat minùs verosimile, etiam illud inest, quod inesse erat magis verosimile. Minùs autem verosimile est licere Profelytis

Mandere solenni Paschalem more Sacrorum

Agnum cum propera Cerere atque agrestibus herbis;
 & hoc modo celebrare festum solennius; quam dedicationis tem-
 pli tanquam minus solenne. Dico autem illud hoc solennius mul-
 tis esse de causis: tum ratione auctoris, qui illic est DEUS, hic
 homines; tum ratione typi, qui illic est præfiguratio CHRISTI
 occidendi 1. Corinth. 5. 7. hic representatio festi in montibus
 & speluncis agitati. *Minorem probo.* Exod. 12. 43. Similitudi-
 nem autem in quonam tertio quæram, ipsemet edisseram, ne
 ulterius quam par est, extendatur, puta utrumque festum institui-
 tur, non quod ipsimet id præstiterint, in cuius recordationem
 celebratur, nec quod ipsimet tandiu hanc religionem amplexi
 sint (nimirum Profelyti per integrum annum, *Nostris* per integrum
 seculum) sed quod utriq; jam accesserint eam Ecclesiam, réq; ipsa
 & vera sint membra ejus cui id, ob quod jubilæum institutum
 est, ante illa tempora obtigerit, illi videlicet repurgatio Templi,
 huic doctrinæ penè antiquatæ solennis exhibitio.

§. 3. *Neg; hoc urgere volo* absurdum, quod hac ratione ferè nemo
 Jubilæum seculare debeat celebrare, eò quod admodum rari sint,
 qui tot assequuntur annos vivèdo, ut possint jubilarè de eo, cui ipsi
 ante seculum interfuerunt, immò ad summum non nisi unum ju-
 bilæum seculare celebrari posset, quod qui duo secula expleant,
 hodiè dantur nulli. Videt ergò *Autor dubitabundus*, quomodo hæc
 quadrent, sive ut ipsius verba huc applicem, *wie es sich zusammen
 reime.*

SCRUPULUS III.

Dum dritten/ Wir machen einen so grossen Handel dara
 aus / das man unser Confession zu Augspurg vor dem
 Kayser vnd vielen Ständen des Reichs mit lauter / heller
 vnd verstendlicher Stimme hat öffentlich verlesen / vnd setzen
 nicht darzu / obs der Kayser vnd die Stände haben approbi-
 ret vnd gut geheissen oder nicht? Dann im fall solche approba-
 tion auff das ablesen nicht erfolget seyn solle / werden die Pa-
 pisten sagen / wir hettten wenig Ursach zu jubiliren / sintemal
 manchem

manchem guten Gesellen seyn Bekeneniß öffentlich verlesen wird / er hat sich aber / schlechtlich darob zu freuen / sonderlich wenn M. Hans neben ihm stehet.

Ich habe zwar offte von vnsern Predigern gehöret / als were diese Confession von dem Kayser vnd den Catholischen zu Augspurg nicht verworffen / sondern gut geheissen worden / aber dieser Tagen hat mir ein Papist den Reichs Abschied de Anno 1530. für die Nasen geleyet / darinnen ich nicht ohne Verwunderung vnd Schamröhte lesen müssen / dasz nicht allein die Augspurgische Confession aus dem Evangelio vnd D. Schrift mit gutem Grunde abgeleinet vnd widerleget / sondern auch aus dem D. Röm. Reich abgeschaffet vnd ernstlich verboten worden. Besehet / mein lieber Herz / den §. Nach dem aber. vnd folgende Paragraphos in diesem Reichs Abschied / da findet ihr schlechte Ursach zum Jubel.

EXAMEN.

§. i. Ut ad egregiam scilicet similitudinem, quâ Confessionis Nostræ Exhibitores comparantur malefico,

Carnificis manibus quem Judicis urnâ dicavit, nihil reponam, rem ipsam considerabo. Putat autem Jubilæum nobis instituendum fuisse nullum, quòd ad lectionem Confessionis ejus approbatio non sit insecuta: Syllogismus est talis: *Cujuscunq; Confessio in publico conventu recitata quidem est, sed non approbata, ille jubilæi causam non habet. Atqui nostra est talis. E. Rationem Connexionis in Majori addit, quia non sufficit publicè Confessionem aliquam legi, sed approbationem accedere oportet: cum & maleficorum Confessio ante supplicium publicè prælegatur, nec tamen illi propterea latentur. Minorem probat ex Recessibus Imperii. Resp. i. in genere, quod totus hic Syllogismus nitatur falsâ hypothesi, quæ subternit, ac si Nostra mens esset, jubila instituere ob nudam recitationem Confessionis, quæ nobis affingitur: sed idcò A. C. Jubilæum celebra-*

celebramus, quòd ea repurgata eo tempore in publicum prodire cœperit, & licet à multis adhuc oppugnata ad minimum tolerata fuerit, & successu temporis indies magis magisque progressus fecerit, donec viginti quinque annis post publicâ autoritate ibidem communiri cœpit. Mentem *Nostratum* hanc, quam posui, esse testantur illorum Scripta. Videatur Man. Jub. Evang. Dn. D. HOE &c. p. 2. Daß die Glaubens Bekenntniß etc. abgelesen/nachmalen in vielerley ausländischen Sprachen verseset/ in Spanien/ Ungarn/ Engeland/ Sophoien/ Welschland vnd andere Ort vberschicket/ diese hundert Jahr ober so trefflich weit ausgebreitet/ fortgeplanket/ vnd biß auff gegenwertige Stunde durch Gottes Güte vnd Gnade wider alles Wüten vnd Toben des bösen Feindes erhalten worden. Darüber jubiliren wir billich dem HERRN etc. Videatur etiam quæstio subseq. p. 3. Videatur inquam, Proœmium in disp. seculares de A. C. *Theol. MARBURGENSIUM*, quod ita habet: *Recurrit dies 25. Junii, quo ante seculum Confessio nostra exhibita fuit. Unde divinâ gratiâ & providentiâ factum est, ut sinceritas religionis Nostræ passim agnita, calumnie, quibus Nostra Confessio subinde afficiebatur, destructa, & tandē Pacificatio religiosa & Politica erecta & obrenta fuerit. Pro his itaq; & aliis omnibus amplissimis χάρισμασι, pias agimus gratias DEO &c. vide ibidem uberius. II. In specie ad Majorem dico, esse ambiguitatem in phrasi non approbari, vel enim per eam intelligunt religionem nostram toleratam esse, sic vera est Minor, sed falsa est Major, quia etiam ob id licet seculare indicere festum, quod saltem tolerari cœpit: vel intelligunt Eam optimo jure rejectam & falsitatis convictam esse, quo sensu vera est Major, sed falsa Minor, & hoc significato accipere videtur Autor, & eò tendit probatio Majoris de scelerato seu malefico.*

§. 2. III. *Ad Minorem.* Qua significatione Confessionem nostram non approbatam dicamus & concedamus, qua itidem non admittamus, ex modò dictis patet, sed in posteriori acceptione rō non approbari de A. C. dici posse & debere, probare conatur *Scrupulosus Noster*. Ubi recordari velim eorum, quæ paulò ante dicta sunt,

nos

nos libenter largiri. Confessionem Nostram subinde à multis oppugnatam esse, (absit enim ut eam simpliciter approbatam dicamus, cum vel sola *Dn. D. MENTZERI* Exegetis tantum non clarâ voce reclamet, vide enim ibidem ut cuique articulo Papistarum de eo iudicium sit subiunctum) tolerari autem ab eo tempore cœpisse asserimus contra Pontificios, qui cum *Nostro dubio*, Eam optimo jure rejectam esse evincere moliuntur: sed quantis auspiciis, quàmque felice successu videbimus. Quod igitur ex *Recessibus Imperii* id ostendere præsumit.

§. 3. *Resp. IV.* Ad citatum Paragraphum, cujus verba ita habent: Und wiewol wir nach gehabtẽ bestendigen Rath trefflicher Theologen vñ Schriftgelehrten/ aus vielen Nationen solch ihr Bekentniß mit dem H. Evangelio vnd H. Schrift/ mit gutem Grunde widerlegen vnd ableinen lassen/ so hat doch solches bey ihnen so viel nicht versangen/ daß sie sich mit vns Churfürsten/ Fürsten vnd andern gemeinen Ständen in allen Artickeln vergliechen hetten/ dico, inquam, me in meos humeros non recipere refutationem *Recessuum* (absit enim!) oppono tamen sequentia, eaque peto conciliari. i. quidem verba ipsissima *Adversariorum*, qui expressè fatentur, ex solo verbo *DEI* scripto nostram non posse refutari doctrinam, nisi simul ex non scripto sive traditionibus, ut & Patribus & Conciliis. 2. Si sufficienter Nostra religio est refutata, cur per integros viginti & quinque annos tolerata? Immo 3. cur Anno 55. per *Recessum* immunitate donata? videatur *ibid.* §. Und damit solcher Fried/ cujus verba, quia strenuè pro nobis militant, haut pigeat adscribere: So sollen die Kayserliche Majestet/ Wir auch Churfürstẽ/ Fürsten vnd Stände des D. Reichs keinen Stand des Reichs/ von wegen der Augspurgischen Confession vnd derselben Lehr/ Religion vnd Glaubens halben mit der That gewaltiger weise vberziehen/ beschädigen/ vergewältigen etc. Cur 4. de ea *Jurisdictione Ecclesiastica* suspensa? §. Damit auch obberührte, *Nec dicendum ad tem-*

E

pus

pus Concilii illa privilegia nostræ doctrinæ esse concessa: *Refragatur*
enim §. Und nach dem eine Vergleichung: verba ita sonant:
Wo dann solche Vergleichung durch die Wege des
 General Concilii, National Versammlung / Colloquien
 oder Reichshandlungen nicht erfolgen würde / soll
 als denn nichts desto weniger solcher Friedestand in
 allen oberzehlten Puncten vnd Artickeln bey Kräft-
 ten bis zu endlicher Vergleichung der Religion vnd
 Glaubenssachen stehen vñ bleiben / vnd soll als hier-
 mit obberührter Gestalt vñ sonst in alle andere We-
 ge ein beständiger / beharrlicher vnbedingter für vnd
 für ewigwährender Friede auffgerichtet vnd beschlos-
 sen seyn vnd bleiben. Vide etiam die Hauptvertheidigung
 cap. 12. Immo §. quod caput rei est, consulatur. §. Und soll al-
 les / cuius verba hæc sunt: Und soll alles / das in hievori-
 gen Reichsabschieden / Ordnungen oder sonstien be-
 grieffen vnd versehen / so diesem Friedestand in allem
 seinem Begrieff / Articuln vnd Puncten zu wider
 seyn oder verstanden werden möchte / demselben
 nichts benehmen / derogiren noch abbrechen / auch
 darwider keine declaration, oder etwas anders / so
 denselben verhindern / oder verändern möchte /
 nicht gegeben / erlanget noch angenommen / oder
 ob es schon gegeben / erlanget oder angenommen
 würdee / dennoch von Unwürden vnd Unkräft-
 ten seyn / vnd darauff weder in noch auffer Rech-
 tens nichts gehandelt oder gesprochen werden.
 Tandem ad hunc §. responderunt dudum ex B. LUTHERO, Theologi
 Sax. Electorales in Hauptvertheidigung cap. 7. Quid quod 6. sola
 admissa & libero exercitio dotata, Seclusis aliis? §. Doch sollen/
adscribam verba: **Doch** sollen alle andere / so obge-
 melten

melten beyden Religionen nicht anhengig / in diesen Frieden nicht gemeynet / sondern gantzlich ausgeschloffen seyn. *Regeris ex S.* Als sich aber gleich alsbald / hæc verba: Weil dann alle Gelegenheiten sich dermassen ansehen lassen / daß noch wol allerhand Unruh vnd Kriegsempörungen / dadurch gemeine Sicherheit zerstöret werden / im D. Reich Teutscher Nation entstehen möchten etc. *Resp.* idem dici potuisset de alia doctrina, quam Anno 30. in iisdem Comitibus, quibus nos Nostram exhibuerunt sequentes Civitates Imperiales, puta Argentoratensis, Constantiensis, Memmingensis, & Lindaviensis, de quibus dicto Recessu Anno 1530. s. Folgendes haben vns die Gesandten. *Sequentia leguntur verba:* Daß die gedachten vier / Unser vnd des Reichs Städte nicht allein im Glauben sich von allen andern Frey- vnd Reichsstädten / sondern der gantzen Teutschen Nation, auch der gemeinen Christenheit abgesondert / vnd die schwere Trisal wider das hochwürdige Sacrament / dergleichen der Bilderstürmung / vnd andern Sachen vnterzogen etc. *Eadem inquam Civitates, utpote partim ad Imperii fines sitæ, in opem vocato Galliarum Rege, item Gente ficum, ficum, Scapham, Scapham appellare solitâ (quo nomine à Barclajo in Argenide Helvetii insigniuntur) accitâ, similes si non maiores quàm tàm temporis Nostrates in Imperio turbas quin darent, metuendum fuisset. Cæterum quid ad hanc questionem: Utrum pax religiosa vi sit extorta? sit Respondendum, vide in der Hauptvertheidigung cap. II. & Dn. D. THUMMII Decal. p. 250. &c. Proinde non tàm turbarum & dissensionum cohibendarum gratiâ, quàm quòd refutari non potuerit, religionem nostram liberam esse relictam, manet.*

S. 4. V. *Posteriorem probationem quod concernit, Resp.* 1. cùm in exemplari ea majusculis literis sit expressa, videtur *Autor* velle hæc

E 2

esse

esse verba Textus formalia, quemadmodum & antecedentia, quæ tamen non reperio allegato. §. quamvis similia ut & alibi. 2. Etsi ipsissima hæc essent verba, tamen contra Nos non militarent, cum à simplici exhibitione ad Jubilæum non argumentemur, sed longè aliter, ceu superius videre est. 3. Cum §. Dergleichen soll sich männiglich / pœnam minetur capitalem hujus Constitutionis transgressoribus, additum tamen est, **nach Gestalt der Ubertretung** / quibus verbis respicere puto *Imperatoriam Majestatem* ad errores fundamentales & crassissimos, quales sunt Anabaptistarum, qui in antecedentibus referuntur. 4. Etsi nos solos hæc concernerent verba, staremus tamen sup. ex Imper. Anno 1555. §. **Vnd solle alles.** *Concludimus* ergò, allegationes has nobis non obesse, cum confiteamur aliquot nostræ religionis Articulos ante seculum esse repudiatos; Cum verò doctrina nostra eo tempore repurgatior prodierit, etsi nonnullis contradicentibus, ratione tamen primæ patefactionis meritò Jubilæum celebramus.

SCRUPULUS IV.

Im vierdten/weil vnser Bekentniß alsbald in vielerley Sprachen vbersezet worden ist/möchte ich wol wissen/ ob sich doch damit etwas göttliches zugetragen / wie man von den siebenzig Dolmetschern schreibet / als sie die Bücher der alten Ehe in die Griechische Sprach haben versetzet? vnd wie hat andern Völcker / welche nicht teutsch reden / solche Bekentniß gefallen? Ich habe nie darvon gehöret / daß die Welschen / Spanier / Frankosen vnd Engländer sie sehr gelobet / oder angenommen. So soll auch der Patriarch zu Constantinopel / nach dem sie ihme lang hernach in Griechischer Sprache vmb sein gutachten vbergeben / solche vieler Irthumb bezüchtiget haben. Wie ist denn vnser Jubel so gros?

EXAMEN.

§. 1. Videtur dubium hoc movisse Manuale Jub. Evang. p. 6.
ubi

ubi dicitur: **Das Jubelfest ist ein Wunderfest** / item p. 2. habetur, quod Confessio nostra in varias exoticas sit translata linguas. Ex his somniat *dubitans* Noster, nos argumentari ad jubileum celebrandum: sed omnino præter nostram mentem. Proinde licet assumat tanquam Nostrum, quod nostrum non est, adeoque perperam concludat, cum ubi antecedentia argumentationum negantur, ex iis argumentandum non sit, annuente vel ipso *Valeriano Magno* in Epist. ad *Plur. Rev. Magnif. ac insignem Virum Dn. D. MAJOREM*, *Præceptorem & Fautorem meum Parentis instar habendum*, subnexâ castigationi illius judicii p 562. Consideremus tamen dissolutas ejus scopas, quæ si in ordinem redigendæ sunt, talis erit: *In cujuscunq; Confessionis translatione nihil divini contigit, quemadmodum in versione LXX. Interp. & quamcunq; Confessionem externa nationes non acceptarunt: de ea non est Jubileum instituendum. Atqui nostra est talis. E. Resp. ad Majorem, cum duo habeat membra, ratione utriusq; eam falsam esse asserimus. Prius quod attinet, i. non sequitur, Nihil tale contigit, quale quidem contigit in versione septuaginta Interpretum E. Jubileum non est celebrandum: quemadmodum nulla est sequela, miraculum propriè dictum obtigit. E. Jubileum est celebrandum. Cum nusquam legatur ob miraculum in dicta versione interveniens, vel ob aliud quodpiam secularem institutam esse solennitatem. Sic etiam non sequitur: nullum fuit miraculum. E. nullum debet esse Jubileum. Ratio, quia Jubilei celebratio non ita dependet à Miraculo, quod in re aliqua obtigit, ut hoc posito debeat poni & illa; & vice versa sublato hoc, tolli & illa. Ut autem innotescat, quid de miraculo in versione Græca LXX. Interpretum ex antiquitate colligatur, quod nimirum singuli seorsim locati integrum V. T. in Græcum transtulerunt sermonem, & opere absoluto singulas contulerunt versiones, ubi una eademque omnium inventa fuit, haut pigeat adscribere verba *Eusebii* ex *Ecles. hist. lib. 5. cap. 8. citata ex Irenæo: Ptolomæus autem ut periculum de illis caperet, veritus, ne si conjuncti essent, veritatem, quæ in Scripturis est, vertendo celarent, divisim à se invicem, ut eandem singuli interpretationem scriberent, præcepit. Et hæc in omnibus sanctæ Scripturæ libris fecit. Cum autem omnes coram Ptolomæo venissent in unum, & singulorum**

versiones inter se collatae expendere, glorificatus est DEUS, & Scriptura verè divina sunt agnita, eò quòd cuncti eadem iisdem dictionibus & nominibus ab initio ad finem usq; expresserant, ita ut praesentes ex Gentibus Scripturas illas ex instinctu DEI redditas esse cognoverint. Josephus tamen Antiquit. lib. 12. cap. 2. ubi ex professo hanc de Sacri Codicis in Idioma Græcum translatione historiam tractat, nihil de eo, sed potiùs contrarium innuit his verbis: *Jusserunt (& Sacerdos & Seniores interpretum, & Magistratus populi) ut prius si quis aliquid deprehenderet, vel superesse legi, vel deesse, diligentius inspectum & indicatum corrigeret &c.* quod illos facturos fuisse non est verò simile, si miraculosè quid evenisse observassent. Utut verò sit, cum illo, de quo Eusebius, miraculo, nos tale quid in translatione Confessionis Nostræ in linguas exoticas contigisse negamus; Cum 2. ejus rei nullum extet vestigium, & miracula nostro arbitratu citra necessitatem non sint multiplicanda. Immo 3. dicimus tale miraculum hic intervenire non potuisse (tale dico, quo nimirum omnes & singuli eadem iisdem dictionibus & nominibus ab initio ad finem usque expressissent) cum quælibet lingua suas peculiare habeat phrasas, suaq; idiomatica, quæ si ad verbum in aliam transponerentur, stylus foret similis ei, qui occurrit in Epistolis obscurorum Virorum.

§. 2. *Deinde Major propositio itidem falsa est respectu posterioris membri, quod nititur hac Universali enunciatione: Quæcunque Confessio ab exteris, ad quos pervenit, populis non fuit accepta, de ea jubilæum non est celebrandum.* Nam 1. planè similis est illi: *Quotiescunque baculus stat in angulo, postero die pluit.* Nam quam convenientiam & affinitatem hoc prædicatum cum suo habet Subjecto, eandem planè illud cum suo: seu quod commune, habet baculus in angulo cum pluvia, idem & acceptatio Confessionis Nostræ ab aliis Gentibus facta cum jubileo: & sicut non ideo pluit, quia baculus stat in angulo, sic nos non jubilamus ob dictam causam. Quid ad nos aliæ Gentes? Gratias DEO agimus, quòd nos eam amplectamur Confessionem, quæ ante seculum illustrior sudo Jovi exponi cœpit, si in eodem Jubileo etiam aliarum Gentium, quæ eandem acceptarunt, incidit mentio, fit id tantum per accidens. 2. Multas possem opponere instantias. Sufficiat

Sufficiat p. t. una atque altera, tùm quòd pari modo Jubiléum Romanum non fit celebrandum, eandem ob causam, quòd doctrina Pontificia ubique ferè quidem cognita, sed non itidem acceptata; quicquid hìc excipiat *Autor Noster*, id ipsum *pro nostra* quoq; *militat parte*: tùm quòd sic in V. T. populus Israëliticus nullum debuisset parare Jubiléum, quòd cultus DEI quidem fuerit celebratissimus.

Quà freta vasta sonant sub utroque jacentia Phœbo,
sed non pariter acceptus.

§. 3. II. *Ad Minorem*. Cùm ea bimembre Antecedens Majoris resumat, prius quod attinet, concedimus eam, ut etiam quoad posterius. Ubi tamen, quantum concernit prius membrum notari volo, dum negamus miraculosam fuisse Confessionis nostræ translationem, nos accipere miraculum in strictâ significatione, miram autem eam fuisse nemo *Nostrum* negavit, quin potius unanimiter id *Nostrates* defendunt, de quo vide sis, qui hoc loco sufficit *Dn. D. HOE &c. Man. Jub. Evang. pag. 7.* verba sunt hæc: **War das nicht ein Wunder / daß die Feinde dieser Lehr selb in so viel Königreich / vnd Lande ausgebreitet?** Videantur similia p. 1. 2. Cæterum veram miraculi descriptionem, itémque hujus ambiguae vocis evolutionem, vide in *Dn. D. CALIXTI Conc. Joh. 2. 12. pag. 115.* Posterius examinaturus membrum dico 1. me id ipsum quoque concedere, intellige ita acceptum, ut per Nationes nominatas innuere velit singula individua, ad quorum Confessio nostra pervénit aures, quemadmodum etiam in Majore intelligi debuit, si contra nos ei fuit militandum. *Sinzro* sensu accipit, ac si à nullo ex dictis populis fuerit approbata, dicimus & defendimus eam esse falsam, quippe ut cum *Manuali pag. 7.* loquar: **War das nicht ein Wunder / daß ihrer viel vnter den Römischen Catholischen selber / die Evangelische Lehr gut heissen müssen.** Cujus rei exempla citat *Rev. & Clariss. Dn. D. FEURBORNII S, Fautor & Hospes olim meus observanter colendus disp. 1. in A. C. th. 5. ex B. LUTHERI Tomis, de Doctore quodam ex Galliis misso, item Cancellario Hispanico.*

Spanico. 3. de Patriarchâ Constantinopolitano, quod dicit, concedimus, eum non in omnibus nobiscum consentire: interea in plurimis & gravissimis articulis cum nobis contra Pontificios facit. Hinc intrepidus cum Dn. D. GERHARDO Loc. de Eccles. p. 942. assero: *Quamvis Græca Ecclesia non sit ab omnibus omninò erroribus immunis, tamen non est demersa in tantam Idolomania & errorum voraginem, quâ Romana est absorpta. Ut enim constat ex actis Tubingensium cum FEREMIA Patriarcha Constantinopolitano, hodierna Ecclesia damnat Primatum Pontificis Romani (qui errorum Papalium est fundamentum facile primarium) agnoscit Majestatem divinam CHRISTO secundum carnem esse datam, negat purgatorium, recipit Communionem sub utraq. specie &c. improbat Missas privatas, & sacrificia pro defunctis, in sacris utitur linguâ vernacula, approbat conjugium Sacerdotum &c. Ceterum hujus Patriarchæ Confessio conscripta est à Dn. METROPHANE Hieromona-cho &c. cujus manus, quam impetravit ab eo Rev. & Excellent. Dn. L. HORNEIUS Hospes olim meus & Pæceptor perpetua observantia mandandus, reservatur ad hunc usque diem in Bibliotheca HELMÆSTADIENSI: Eadem Græcæ Ecclesiæ doctrina nuper in Catalogo promissa est à Rev. & Clar. Dn. D. DORSCHEO, quam propediem etiam præstolamur, ex cujus cum nostra Religione collatione facile evidens fiet, in utram partem prænominatus Patriarcha inclinet. 4. Addo, eum admodum frigide hoc modo concludere, Confessio nostra non est à singulis, quibus innotuit, recepta. E. de ea non est jubilandum. Pari enim ratione etiam de Pontificia concludere possum.*

§. 4. Nec est, ut quis obvertat in comparatione cum Religione Romano-Catholica esse intelligendum. Resp. enim 1. utrorum religio Nostræ, an Pontificiorum latius sit diffusa per orbem, de eo inferius dub. X. dicendi erit occasio, hic sufficiat allegare, & q. digito indice monstrare locum, tum in Tom. de Eccles. Dn. D. GERHARDI pag. 957. tum in Apparatu Theologico Dn. D. CALIXTI pag. 91. de Statu Religionis Christianæ: hujus summa est: *Quid Patriarcha Alexandrinus in Africa de infallibilitate Pontificis, mutilatione Eucharistiae & Missa sentiat, item de Conjugio Presbyterorum ex Scaligero & Zagazabo ibidem deducit. Item: certum est, Thomaos in India Ori-*
sali

tali in ignorato vel improbato unico visibili universæ Ecclesiæ Capite, & Eucharistia integrè administranda nobiscum & cum Græcis, Armeniis, Abassinis convenire; à Pontificiis dissidere. 2. Ex verbis, prout jacent, sensus comparativus exculpi nequit. Magnum autem in eo instar est, si sensum propositionis alicujus spectes, attendere quomodo super eam cadat naturalis omnium hominum cogitatio, ait Clar. Dn. CORN. MARTINI Anal. pag. 56.

SCRUPULUS V.

SUm fünfften wird sehr in vnsern Jubelpredigten gerühmet / daß solche Confession in viel Königreich vnd ferne Land verschicket vnd ausgebreitet worden sey. So möchte ich wol wissen / was wir hiervon sonderbar zu jubiliere haben. Dann auch die Zwinglische / Calvinische / Arrianische / ja Türckische Lehr vnd Confession in alle Land vñ Königreich durch Schrifften verschicket vnd bekant gemacht worden / inmassen vnser heiliger Vater Luther den Türckischen Alcoran selbst in Lateinischer vnd Teutscher Sprache ausgehen vnd mit einer schönen Praefas gezieret / in alle Welt ausgeschicket / ist aber dessentwegen noch nie kein Jubel gehalten worden. Sage ich / man habe aber nicht in allen Königreichen den Alcoran oder des Calvini Lehr angenommen / so saget mir ein Papist gleich herwider / man habe vnser Confession auch nicht in allen Königreichen angenommen / dahin sie ist verschicket worden.

EXAMEN.

§. i. Dubium hoc videtur oppositum primæ quæstioni Man. Jub. Evangelici. Dispiciamus autem, quomodo in forma se habeat: Quæcunq; doctrina cum *hæresis* aliquid habet commune, illa de eo, quod habet commune, non potest jubilarè. Atqui Nostra habet id cum Arriana, Calvinistica &c. doctrina; immò cum ipso Alcorano commune, quòd in exteras sit divulgata terras. E. de eo non possumus jubilarè. Resp. I. in genere:

F

genere:

genere: perperam nobis hunc opponi Syllogismum, ut qui rursus aërem cædit; proinde sano sensu possemus totum concedere. Causa enim, ob quam Jubilæum nostrum est institutum, principalis, non est divulgatio Confessionis, sed quæ toties est inculcata, de qua Man. l. c. in hunc modum. **Dasz sie in vielerley Ausländische Sprachen versetzet / in Spanien etc. vnd andere Ort vberschicket / diese hundert Jahr vber so trefflich weit ausgebreitet / fortgeplantzet / vnd bisz auff gegenwertige Stunde durch Gottes Güte vnd Gnade / wider alles wüten vnd toben des bösen Feindes / erhalten worden.** *Constat* igitur ex his, in hac collectione commissam dici posse fallaciam secundum non causam ut causam, quatenus nimirum falsa nobis affingitur Jubilæi causa: *Constat* etiam ex dictis, cur totum possemus admittere Syllogismum, puta quòd ejus conclusio nostræ thesi non aduersetur, & quod debebat, contradicat. *Discutiamus* autem ex abundantia ipsas præmissas, quomodo ex illis conclusio fluat.

§. 2. *Dico* autem II. *Subjectum Majoris esse ambiguum.* Nam aut intelligitur ita: Quæcunque doctrina cum *eretodóxiis* aliquid, quodcunque illud sit, commune habet &c. & hoc sensu dicimus esse eam falsam, quòd cum *eretodóxiis* aliquid commune habere possumus, de quo optimo jure jubilaré liceat: Sic cum nulla penè *eretodóxia* dari possit, quin de sana doctrina aliquid participet, illud ipsum sanum cum illa habemus commune, & de eo possumus jubilaré, exempli gratia; Scripturam, Baptismum, Trinitatem, cum Pontificiis habemus ut & Calvinianis communia, quis verò neget ob id nobis jubilaré licere? *Deinde* intelligitur vel tali sensu: Quæcunque doctrina cum doctrina *eretodóxiis* quâ tali (reduplicative) aliquid commune habet &c. & sic veram esse concedimus. *Sed* III. *negatur Minor*: cum transmissio in exoticas terras non nisi per accidens competat doctrinæ alicui sive Orthodoxæ sive heterodoxæ. Manifestum hinc etiam est, quòd *occupatio* dubium hoc claudens in fumos abeat, cum originē suā trahat ex falsâ hypothesis, quâ subrutâ & illa sua sponte evanescit. *Deniqz*, quo animo B. LUTHE-

KUB

rus (quem utinam ex animo *Adversarius* diceret *Sanctum Patrem*,
 ejusque intelligere vellet Scripta) Alcoranum ediderit & divulgâ-
 rit, notum est, puta, ut ejus impia innotesceret doctrina: quô itidem
 animô Nostra doctrina publicata sit, scilicet ut nostra patefiat in-
 nocentia, quàmque calumniosè & mendaciter Pontificii de ea
 locuti fuerint. Sed *mittimus hæc & expectamus quis sit*

SCRIPULUS VI.

Dum sechsten/ muß ich bekennen/ daß ich nicht wenig ge-
 stuzet / als ich in etlichen vnsern ausgesprengten Jubela-
 schriften lese / die Confession sey an vielen Orten so rein
 vnd unverfälscht von Anno 1530. biß anhero erhalten wor-
 den. Da heissen vns / bey Gott/ die Papisten liegen/ vnd
 stossen vns unsere eigene Bücher vnter die Nasen/ darinnen wir
 selbst bekennen / wie diese Confession so offte verfälschet /
 verwechselt / verändert / vertauschet vnd vermauschet wor-
 den sey. Es bekennen es auch unsere Doctores vnd Leha-
 rer / daß alsbald nach des Herren Luthers Ableiben / die zwo
 fürnembste Universiteten Wittenberg vnd Leipzig/ von der
 reinen Lehr abgewiehen / vnd dem Zwinglio vnd Calvino
 Raum vñ Plaz gegeben/ darvon das ganze Churfürstenthumb
 Sachsen inficeret vñ verderbt wordē. Auff welches noch weis-
 ters die Adiaphoristerey, Synergerey, Majoristerey, Flac-
 cianerey vnd andere erschreckliche Grewel vñ Irthumb kom-
 men / daraus jämmerliche Spaltungen vnd Vneinigkeiten
 entstanden/ welche mit grosser Zerrüttung biß auff die werthe
 Concordiam Anno 1580. gewäret. Hernacher sich alsbald
 den wieder neue Gezäncke vnter den vnseren erhebt / in sons-
 derheit erst vor wenig Jahren haben die Wirtenbergischen mit
 den Hessischen vnd Sächsischen ein heßliches Aufheben ge-
 than/wegen der Ubiquitet (von deren ich doch nichts in dieser

Confession finde) welcher Streit zwar jetzt vnter der Aschen
 liget / vnd etwas zugedecket / aber gar bald durch einen Sturm
 wind wieder auffgewecket werden kan. So ist dann nicht
 wahr / daß vnser Confession so vnverfälschet biß anhero / son-
 derlich im Churfürstenthumb Sachsen verblieben sey.

EXAMEN.

§. 1. Miscet in hoc Scrupulo *Dubius Noster* verba quædam de
 variatione A.C. quia autem *infra* peculiare de ea instituit dubium,
 eousque responsionem differemus. Nec animus noster est hoc lo-
 co accuratius examinare verba, *verfälschet / verwechselt / verendert /*
vertauschet vnd vermauschet etc. quæ ut reliqua ejus generis, tanquam
 animi indices, ostendunt quodammodo nobis proferentis affe-
 ctum erga Nostram religionem, ejusque asseclas. Propterea citra
 ulteriores ambages ad rem ipsam me confero. Dispiciemus au-
 tem, quomodo Jubilæum Nos intermittere debuisse demonstret.
 Ubi notari velim, *Gimel Topferum Nostrum* tanquam immotum,
 fundamentum substruere, quasi inconueniens esset, de doctrina
 aliqua seu Confessione Jubilæum instituere, quæ multis modis seu
 sæpius est corrupta. Hac hypothese substrata *argumentatur* hoc
 modo: *Quæcunq; doctrina multis in locis in varia degeneravit schismata,*
non est incorrupta. Atqui nostra est talis E. & per consequens &c.

§. 2. Resp. I. In genere. Hypothesis hæc, quæ *Autor* præsupponit do-
 ctrinam, de quâ Jubilæum debet institui, illibatam & incorruptam
 debuisse seruatam esse, *vel potest intelligi* de singulis individuis,
 quasi vel singuli homines, vel ad minimum singuli Pastores & Do-
 ctiores, qui eam agnoverunt, inuolatam tenere debuissent; quod
sensu falsa est, cum i. contrarietur doctrinæ nostræ de puritate
 Ecclesiæ, quâ docemus contra Anabaptistas, Ecclesiam nos nun-
 quam sperare talem, quæ sit sine hallucinantibus; 2. obstat dictum
 i. Cor. ii. 19. 3. exempla in historia tam *Sacra* Gal. 2. 11, 12, 13, 14. A-
 ctor. 15. 37, 38. quàm *Ecclesiastica Hieronymi & Augustini*, de qua latius
 agitur in *der Hauptvertheidigung* cap. 44. pag. 383 *vel* de doctrina
 Confessionis Nostræ in genere, quod illa in Ecclesiis, quæ eam ob-
 tulerunt

tulerunt & amplexæ sunt (quæ conjunctim sumtæ quodammodo Universalis dici possunt) integra & inviolata servata fuerit, tametsi Hic vel Ille, immò tota aliqua particularis Ecclesia in aliquo articulo secus docuerit, eumque non dextrè explicuerit. Et hoc sensu conceditur.

§. 3. Hinc II. convertimur ad Majorem, & dicimus, ex dictis elucescere, quâ significatione eam admittamus: Sed hoc modo falsitate laborat Minor, puta si de omnibus A. C. acceptantibus quis intelligat. Priori verò acceptione, quòd eam accusârim falsi, non temerè quis factum dicat, eo enim probatum, quòd varia schismata diversis in locis exorta nihil derogent integritati fidei & doctrinæ in genere, i. verbis Dn. D. FEURBORNII disp. 2. in A. C. th. 46. quæ cum ille de Unitate Ecclesiæ effatus fuerit, non perperam ea videor huc adducere. Sic autem habent: Non indistinctè loquendo, valet illud effatum Costeri in Enchirid. cap. 2. & Laurentii Foreri in Bello pag. 62. & c. Illa Ecclesia non est vera Ecclesia, quæ non est una Unitate fidei. Nam Ecclesiæ unitatem non solvit quævis in doctrina dissensio. Distinguendum enim est inter dissonantiam in articulis fundamentalibus, & inter discordiam in certis quibusdam circumstantiis. Dissensus de circumstantiis, non tollit unitatem Ecclesiæ, fatentibus vel ipsis Pontificiis. Dissensus de articulis fundamentalibus, unitatem quidem ipsius Ecclesiæ non statim dissolvit; ipsas tamen dissentientes à se invicem divellit, ut sic errantes desinant esse vera & viva unius Ecclesiæ membra, nisi maturè errori suo nuncium mittant. 2. exemplis quàm plurimis ipsorummet Adversariorum, de quibus ita pergit: Quod si Pontificii hanc, quam adduxi, effati sui limitationem nolint agnoscere, obruam illos instantiis, è medio Papatu petitis, & evincam vel ex uno Bellarmino, quòd ipsimet in multis cardinalibus fidei Christianæ articulis à se ipsis graviter dissentiant. Quòdque Hic minatus est, præstiterunt THEOLOGI ELECTORALES SAXONICI in der Hauptvertheidigung aliis exemplis cap. 44. pag. 384. adducuntur tres Pontifices uno eodèmq; tempore, quantum poterant, accerrimè inter sese digladiantes; Concilia mutuo se destruentia, puta Francofurtense Anno 794. & Nicenum II. Doctrinæ sibi invicem contradicentes, puta de peccato Originis ex Lombardo; Thomistarum, Scotistarum, Occamistarum; de Mediatore CHRISTO secundum humanam naturam, vel utramque; de

eiusdem descensu ad inferos, utrum ex Scriptura sufficienter possit demonstrari, nec ne; de conversione hominis; de electione hominis, utrum facta sit juxta prævisa opera, an secus; de B. MARIA, utrum in peccato sit concepta, nec ne; de certitudine gratiæ DEI, inter *Ambrosium Catharinum & Dominicum à Soto*: cap. 46. citatur ardua controversia inter *F. Andream Urcianum, & D. Jacobum Hackerum Profess. Universitatis Freyburgensis*, de Electione; inter *Antonium Sanctarellum Jesuitam, & Theologos Parisienses*, de potestate Pontificis &c. quorum hi illius doctrinam egregiis scilicet insignierunt elogiis, quæ ut & plura hujus rei exempla, nec non hæc ipsa latius descripta, vide capp. citatis. Non etiam h. l. præterire possum verba *Dn. D. CALIXTI* objecta *P. Augustino Jesuita Hildesiano* in Colloquio *Hemmelscheburgi* Anno 1614. habito: Nosti ipse, inter *Dominicanos & Theologos vestræ societatis* jam ultra viginti annos *agitari difficilissimam controversiam, de rebus maximis & attinentibus fundamenta nostræ salutis, nempe eterna prædestinatione, Divina gratia preveniente, sufficiente, efficaci &c.* Quia etiam verba *Dn. D. THII MII p. m.* quæ habet in præfatione *des gründlichen wolgegründeten Berichtes* etc. ad præsens faciunt negotium, ea adscribere haut gravabor: **Die Papisten in den Glaubens Articulen vnter sich selbst bey weitem nicht eins/ sondern also vneinig vnd zertrennet seyn / daß aus blosser Erzählung ihrer widriger Lehrpuncten/ ein jeder ihren Schwindelgeist leichtlich sehen kan etc.** quibus subjecta decem & quatuor exempla vide *ibid.*

§. 4. III. *Ad Minorem* quid dicendum sit, ex dictis est manifestum, puta eam quidem esse veram, si intelligatur de aliquibus individuis: *sed hoc modo nihil derogari* Nostræ Confessionis, nisi & Adversarii suorum Doctorum hætenus *ἀσπίδως πολέμως* doctrinæ ipsorum derogare fateantur. Tandem quòd in Parenthesi de Ubiquitate enunciat *Scrupulosus*, videlicet de ea in Confessione August. nihil extare, meam non expectavit responsionem, sed jam tulit ab **ELECTORALIBUS SAXONICIS THEOLOGIS** sæpius allegati *lib. capp. 41. 47. 83. Ibidem etiam vide capp. 44. 46. quid*
de scri-

de fri busculis inter Tübingenses & Giessenses ortis, & tantoperè ab
Antagonistis exagitatis sit sentiendum.

SCRUPULUS VII.

Dum siebenden/ Ich habe einen Päpstischen Gesellen im
Hause/der treibets für vnd für/wie wir doch dörfen newe/
vnd in der Bibel nicht ausgedruckte Festtage anstellen/vñ
hochfeyerlich zu halten/ so scharff/ vnd bey Leibesstraffe
gebieten/ massen die Herren von Nürnberg in ihrem Mandat
gethan / da doch hergegen nicht zulassen wollen/ daß die Cas
tholische Kirche Macht vñd Gewalt habe / einen / in der
Schrift nicht benahmseten Feyertag / Fasttag / oder andern
Gottesdienst auffzusetzen/ vnd zu gebieten / fürwendend / es
sey wider die Gewissens Freyheit zu einigem Gottesdienst /
der nicht in der Schrift geboten sey / den Menschen wollen
durch Gebot nötigen / es seyen nur Menschensatzungen /
denen gar nicht zu gehorchen etc.

Dum sage ich diesem Papisten was ich wolle / so ist er
flugs da / vnd gibt mir zur Antwort / eben diß könnte er auch
von der Catholischen Kirchen Satzungen / vnd noch viel mit
besserem fug sagen / als wir von dem Gebot dieses Jubelfests.
Lieber wie soll ich mich da verantworten? Bevorab da man
mir auch das angestellet vnd hochgebotene Fasten / welches
in Wirtemberg soll an etlichen Orten angestellet worden seyn/
wird fürwerffen. Dann ich ja nicht sehe / warumb der Herz
zog von Wirtemberg Macht habe Fasttage anzustellen / vnd
die Christliche Kirche solches Gewalts beraubet sey.

EXAMEN.

S. I. Scilicet hoc adeò penetrat præcordia telum,
Ut, præsens citò nî sit Medicina, necet!

Ergò

Ergò agite ô Medici, miserè succurrite læsis,
Ipsaque nec longam nocte Hygieja moram!

Siccinè festa instituimus, indicimus jejunia &c. idque sub capitis
pœna, cum illud ipsum in *Adversariis* carpamus! Aliàs sanè

Turpe est Doctori cum culpa redarguit ipsum:

Sic etiam

Forfitan in Sociis meritò reprehenditur, id quod
Nolunt ut faciat Pars Adversaria, nostris?

Ita profectò primò apparet hujus *dubii* intuitu, ita inquam,

Obstupui, steteruntq; comæ, vox faucibus hæsit.

Gorgonis ac viso lapidescere fronte viderer.

Ut tamen mentis rediére vires, rémq; pensiculatiùs trutinavi;
quantò, dico, diutiùs ei inhæsi, tantò puerilius apparuit argu-
mentum, immò vanius terriculamentum. Sic sapiùs in terro-
rem puerorum inania vidi obtendi *μορμολύκεια*, quæ corda-
tiores larvam agnoscentes, riserunt. Attendamus ergò ad hoc
argumentum, quo se de nobis victoriam reportare sibi Noster
imagiatur *Autor*: ac si succumberemus in Jubilèi nostri causa,
eò quòd institutionem Festivitatum in *Pontificiis* redarguamus.
Attendamus, inquam, ad hoc argumentum, quod taliter con-
cipi est necessum. *Quodcùnq; in Adversariis improbamus, nobis fa-
ciendum non est. Atqui dies Festos & jejuniorum in Scriptura non
fundatos instituere, in Pontificiis improbamus. E. id nobis faciendum
non est. Majoris rationem dat hanc, quòd dicere non possimus,
cur, quod nobis liceat, Romanæ Ecclesiæ & Catholicæ sit pro-
hibitum.*

§.2. Resp.1. ad Majorem; Eam simpliciter acceptam esse falsam.
Sic enim quis subsumere posset, Baptismi & Eucharistiæ admi-
nistrationem in *Pontificiis* improbamus: E. nobis hæc Sacramen-
ta non sunt administranda. Est igitur, ut vera fiat, *limitanda*
hoc modo: Quodcùnque in *Pontificiis* secundùm quid redargui-
mus, id ipsum secundùm id, seu ea ratione à nobis committen-
dum non est: Sic, quia celebrationem Baptismi in Lingua
Latina

Latina, sacrae Coenae sub una specie &c. in illis carpimus, Major nos feriret, si haec Sacramenta etiam hoc modo in Nostris administrarentur Ecclesiis. Liquidum hinc est in praesenti collectione esse fallaciam à dicto secundum quid ad dictum simpliciter.

§. 3. II. Ad Coherentiam rationem dico 1. quòd si de limitata Majore accipiatur, eam à nobis concedi, utpote qui Nostris Ecclesiis non plus juris, quam aliis tribuimus. Observari tamen 2. velim, quòd in ea Nos ab Ecclesia Catholica distinguat, eo ipso involvitur ambiguitas, & proditur *Autoris* genius. Posset quidem sensu sano admitti, videlicet si per Ecclesiam Catholicam intelligeretur, quae hodie se pro tali jactat & venditat, praeter nudum autem nomen nihil aut parum sanè obtinet, seu si pro Romano-Catholica acciperetur. Intellectum autem hunc hujus loci non esse patet, quòd in fine hujus dubii vocem *Catholicè* per *Christianum* explicet. Proinde, si hoc concederetur, quòd *Autor* subdolè intendit, ab Ecclesia vera Catholica & Christiana excluderemur: id quod alibi ab aliis refutatum est, qui tractarunt quaestionem hanc: Utrum Majores Nostris subtrahentes se jugo Pontificio, secessionem fecerint à vera Ecclesia? quò Benevolum Lectorem remitto; ego progredior & respondeo

§. 4. III. Ad Minorem: Qualiter ex limitata Majore ea subsu-
mi debeat, patet: sed ita dicimus falsam, siquidem dies Festos & jejuniorum, etiam in Scriptura non fundatos à Rom. Ecclesia institutos non simpliciter repudiamus: Nam scimus eos inter adia-phora referendos, dicimus ergò 1. de iis, quòd de reliquis, puta notandas esse cautelas, quae recitantur à Dn. D. HAFEN-
REFFERO, Loc. Theol. lib. 3. stat. 3. Loc. 6. quaest. quid sunt adia-
phora? & repetuntur à Dn. D. JACOBO MARTINI part. disp. 31. th. 125. &c. Dn. D. CHEMNITIUS Loc. tom. 3. quaest. 4. de do-
ctrina & verbulo libertatis §. 2. *multum me &c.* itidem agit de A-
diaphoris, de quibus etiam aliqua Loca ex B. LUTHERO citat. Dn. D. DIETERICUS Catech. cap. de voc. Min. verb. & re-
gim. Eccles. quaest. quanam dicuntur Adia-phora? de iisdem vi-
deatur observationibus, ut & Dn. D. THUMMII dec. praecip. 3.

2. In specie de Festorum in Nov. Test. libertate, vide Notam Dn. D. AN-
DREÆ OSIANDRI, ex Dn. D. ER. MARBACHIO ad Levit.
23. 3. allegatam; Dn. D. THUMMII Decal. Præcept. 3. & quod
Dn. D. DIETERICUS in explicatione Præcepti 3. quæst. 10. de
Festis anniversariis dicit, de seculari Festo seu Jubilæo itidem rectè
dici potest, quòd nimirum ea utiq; celebrare licitum sit, pro libertate
Christiana, si modò absit superstitio & opinio cultûs. Concedimus
ergò eum Bellarmino, quòd libr. 4. de Sacram. Euchar. cap. ult. in-
tendit, puta novos dies festos introducere licere Ecclesiæ. Pro-
positionem verò secundam, quam ponit lib. 3. de cult. Sancto-
rum cap. 10. inficiamur, quòd nimirum Festa Christianorum
non solum ratione ordinis & politiæ, sed etiam ratione mysterii
celebrentur, sintque dies festi verè aliis sanctiores, sacratiores,
& pars quædam Divini cultus: quàm sententiam egregiè refu-
tavit Dn. D. GRAUERUS b. m. disp. de Idololatr. Fest. Corp.
CHRISTI th. 18. & c. cum omnibus Bellarmini exceptionibus. Di-
cimus eum Dn. D. JACOBO MARTINI disp. 31. thes. 127. Adia-
phora, quæ ad pietatem, honestatem & adificationem non diriguntur,
sed præter inutiles nugas & puerilia spectacula (addo ex Dn. D.
GRAUERI citatæ disput. thes. 69. & cum ejusmodi superstitio-
sis Ceremoniis, quales sunt Pontificiæ in Festo Corporis CHRIS-
TI) conjuncta sunt, & tanquam cultus divinus habentur nihil minus
sunt, quàm Adiphora, immò tale quid est superstitiosum & idolatri-
cum ex dict. Dn. D. GRAUERI disp. thes. ult.

§. 5. Nec jejunium etiam publicum, (quod à Dn. D. JACO-
BO MARTINI part. disp. 34. thes. 107. definitur, quod autoritate
illorum, qui præsunt Ecclesiæ, indicitur, & pro ratione incidentis necessi-
tatis in loco publico ab universa Ecclesia celebratur) à nobis rejicitur,
sed probatur; vide etiam Dn. D. THUMMII Decal. Præcept. 6.
Sic & Dn. D. CALIXTUS Orat. περί νηστείας Anno 1616. hab.
inquit, Potestatem esse dico cum piis Principibus, tum Ecclesiæ Præsidi-
bus indicendi jejunium, respicientibus ad illos ejus fines quos supra expo-
suimus (videlicet, ut homo Christianus eò intentius de peccatis doleat,
veniam à DEO postulet, precibus & sanctis meditationibus incumbat,
deniq; contumacem rebellantis carnis licentiam domet & castiget) &
horum

horum mandatis justum & pium est parere etiam propter conscientiam. Rom. 15. 3. Consentit de jejuniis in genere Dn. D. CHEMNITII S, de quo vide Not. Dn. D. ANDR. OSIANDRI ad Lev. 23. 27. Tale autem à nobis respuitur jejunium, quale Papanorum esse describitur à Dn. D. THUMMIO in Dec. de Præcept. 6. puta cujus institutio est cum opinione Satisfactionis & meriti, de quo Bellarminus lib. 4. Pœnit. cap. 6. §. Quod igitur ad primum &c. ita loquitur, *Sciendum est opera Satisfactoria, ex communi Theologorum sententia, & ex Concilio Tritentino sess. 14. Can. 13. esse Orationem, jejunium & eleemosynam.* Quod ipsum d. c. uberius demonstrare conatur. Item quòd lib. 2. de bonis operibus in partic. cap. 11. §. quartò, dicit: *Jejunium utile est ad satisfaciendum DEO vel ad eum placandum.* Tametsi ibidem. §. Nemo autem &c. protestetur, se non intelligere, *ex opere operato*, item §. porrò &c. se, cum dicitur, jejunium esse cultum DEI, non accipere nomine cultus solum actum religionis propriè dictum, sed omnem actum, qui DEO placeat. Hoc, inquam, etiam sensu acceptum jejunium Satisfactorium, & (quòd cap. eod. §. quintò, effectus ejus esse dicitur) utile esse ad merendum & impetrandum beneficia DEI temporalia & sempiterna, pernegamus. Hac igitur ratione rejicitur jejuniorum institutio Pontificia, de quâ prolixè differentem, vide Dn. D. CALIXTI Orat. cit. *in sp̄i vñs eias.*

§. 6. III. *Ad Minorem iterum dico, in ea sepultam esse fallaciam plurium interrogationum, eò quòd jungat indictioni Festorum & jejuniorum cultum Divinum, & illis tanquam speciebus suum subjiciat genus: quod sinistrè factum esse probo, quòd illa sint res indifferentes, in quæ libertate Christiana sitæ, hic non item. Quâ de re consulantur Dn. D. GRAUERI proximè citatæ disput. th. 23. &c. ubi dies festos &c. cultus divini partem esse rectè negat. Cum (ut Dn. D. CHYTRÆUS probat & prolixè deducit in gloss. Bibl. Dn. D. ANDRÆ OSIANDRI ad Jud. 8. 27. & Dn. D. HIER. WELLERUS ibid. ad 1. Sam. 13. 11.) cultus sine verbo DEI instituere nefas sit. Consentit Dn. D. CHEMNITII S tom. 2. Loc. de Lege DEI. pag. 75. & 79. tom. 3. Loc. de bon. operib. quæst. 1. & ad unum omnes.*

§. 7. *Restat tandem diluenda objectio, quæ ex superioribus oriri posset, & urgetur ab Autore Scrupulorum, putà, cum festos dies & jejunia indicere sit res indifferens, cur sub capitis supplicio id præstiterit Inclytus & Amplissimus SENATUS NÜRNBERGENSIS? In forma Syllogistica explicata, argumentum est tale: Nullum, Adiphoron sub pœna capitali est præcipiendum. Atqui institutio celebrandi Jubilæi in Ecclesia NORICA est in censu Adiphororum. E. sub tanta pœna non fuisset præcipiendum. Majorem probat inde, quòd nosmet non eamus inficias, conscientias ad ejusmodi res non esse adigendas, quæ traditiones sunt hominum.*

§. 8. *Resp. I. ad Majorem, eam si vera esse debeat, ita esse limitandam. Nullum indifferens, quò tale, sub tali est præcipiendum pœna. Ratio limitationis est in eo, quòd accedentibus aliis circumstantis in rem aliquam leviolem gravior possit decerni pœna. Quod probo seq. Syllogismo petito à minori ad majus; si in casibus minùs arduis accedente prohibitione Magistratùs transgressio aliqua capitali potest plecti supplicio. Nihil prohibebit, quin id pari ratione fiat in magis arduis. Atqui prius est. E. & posterius. Major probatur ex modo citato Canone. Minorem demonstro ex*

Fatidicæ Eunomiæ Patribus totòque Senatu.

*Jus venandi naturà omnibus commune est, vide Dn. D. HARP-
P R E C T U M disput. part. 1. disput. 10. assert. 2. Accedente
tamen prohibitione Magistratùs, transgressores capitaliter
puniri possunt. Ita statuit Dn. D. MATTHIAS STEPHANI
Cent. 2. quæst. 13. idque Inter alia, quòd mandatum & Majesta-
tem Principis contemnunt & ludibrio habent, quod ibidem
aliquot demonstratur legibus, ut & autoritate. Cui in tali casu
etiam consentit Dn. JACOBUS CRAMERUS discept 7. pos. 19.
cujus verba sunt: Si verò in isto casu adesset etiam contemptus superio-
ris, tum non ratione venationis prohibite, sed contemptus possent pœna
corporali puniri pro modo contemptus. His Autoribus opponenti au-
toritatem & rationes Dn. ANDRÆ FACHINEI, Contro-
vers. lib. 1.*

vers. lib. 1. cap. 1. *Resp.* Autorem hunc semetipsum explicare.
 §. Ego hanc disputationem, ubi dicit: *Licet scriptum sit lib. 1. Reg. cap. 14. & in cap. 2. de Majoritate & obedientia, Qui Principi non obedierit, morte moriatur, & idem ferè in l. Universe C. de veteris nummism. potestate lib. 11.* Hac tamen est ab omnibus recepta sententia, illud esse accipiendum, cum in re magni momenti ac præjudicii, unde scilicet & DEUS & Respubl. magnoperè offenditur, mandatum Principis negligitur. Quod ita explicat Dn. D. H A R P P R E C H T U S disput. cit. assert. 31. Circa pœnas, quæ contra Principum & ceterorum Magnatum, qui jus venandi sibi ritè habent quesitum, edicta venantibus jure infligi possunt, duo casus principales diligenter distinguendi sunt. Aut enim edicto venationis prohibitorio nulla certa & specifica pœna inserta est; aut ei certa & specifica pœna est adjecta. Priori casu in Venatores actio injuriarum competit: Posteriori verò illis pœna statuta irrogari debet &c.

§. 9. II. Cognita itaq; limitatione, innotescit juxtà Minoris falsitas, quippe accedente autoritate publicâ majus quid est quàm Adiaphorum: Proinde Magistratus, qui præcognoscens ex hujus mandati neglectu exoriturum scandalum pœnam transgressoribus auctiorem decernere potest. Potissimum autem ex eo fundamento, quòd Festorum, Feriarumque constitutio Jure Regio Principibus aliisque Magistratibus competat, ut optimè disserit Ampliſſ. Jct. THEODORUS Keinkingſ tractat. de Regim. lib. 3. class. 1. cap. 2. §. 3. Ulteriùs inde colligo, Magistratui fas esse in tales delinquentes graviolem statuere pœnam pro ratione circumstantiarum, quin imò tanquam in turbatores pacis publicæ & scandalizantes capitalem. Antequam hinc discedam non abs re erit verba Dn. D. H A F E N R E F F E R I Loc. lib. 3. stat. 3. Loc. 6. adscribere. Ergone cuivis liberum est, in quacunq; Ecclesia vivat, ceremonias ibi usitatas vel observare vel negligere? Hoc non sequitur. Sed cujuslibet Ecclesie membrum Ceremoniis ibi usitatis sese conformare tenetur: neq; Ecclesia intempestivis mutationibus aut rixis non necessariis turbanda est. 1. Cor. 7. 10. Obsecro vos fratres per nomen DOMINI nostri JESU CHRISTI, ut id ipsum dicatis omnes, & non sint intra vos schismata. Vide etiam de Officio Magistratùs Politici Ecclesiastico

Atico Dn. Praesidis Syntagm. disput. 29. thes. 66 86. Haecenus dubia, quibus *ἐνδοιαζων* Noster commotus sibi Jubilæo nostro nos supersedere debuisse (vel quasi!) persuasit: Sequitur

SCRUPULUS IIX.

Zum achten / so spottet dieser Papist vnser gnug / daß man in Sachsen befohlen hat die Kirchen mit schönen grünen Bäumen vnd Gras / die Altar mit allerley Blumen zu zieren / da wir doch solches im Schwabenlande an den Catholischen so sehr tadeln / in sonderheit wann sie dergleichen an den Fronleichnamsfest zu thun pflegen.

EXAMEN.

§. I. Cùm in instruct. ELECTORATUS SAXONICI (quæ inserta est Man. Jub. Evang. pag. 32.) hujusmodi verba extent: **Zum siebenden / so ordnen Wir / daß man die Kirchen mit dem besten Ornat, der jedes Orts vorhanden / vnd weil man sie der Zeit haben kan / auch ohne das vmb Johannis an vielen Orten gebräuchlich / mit schönen grünen Meyen vnd Gras / nicht weniger die Altar mit hübschen Blumen schmücke etc.** Unde *Dubius Noster* aliquot desumpsit Scrupulos, utpote **hochfeyerlich** dub. præced. è pag. 21. **Johannis Tag** dub. seq. è pag. 30, 31, 32. ut & integrum Scrup. 10. Indubius ajo, hoc dubium in lectione citatorum verborum ei obrepisse. Adeoque cùm penè agnoscat, quàm frivola & frigida sint, quibus rem ipsam oppugnat, argumenta, convertit se ad ejus modum, eumque allatrat; & hoc ipso non tam *Scrupulosus* ipse existit, quàm, Scrupulos alijs simplicioribus utrum injicere possit, tentat. Simplicioribus, dico, nam qui vel parùm

— — — — — **Judicii modulis & acumine recto**

Utitur

Utitur, & cerebrum non pede subter habet

Subtiles deprehendit collectiones, quas in hoc *argumentum* redigere placet: *Quodcumq; in Adversariis reprehendimus, id in nobis laudabile non est. Atqui ornatum templorum &c. in Pontificiis reprehendimus. E. apud nos ille laudandus non est.*

§. 2. Resp. I. ad Majorem, eam falsitatis arguendo, quippe *Autor*

— — Chordâ dum semper oberrat eâdem, idem subinde committit vitium; idem, inquam, quod in proximè antecedenti scrupulò; proinde simili *opus est limitatione*, quæ commodè fit *per adjectionem particulae, simpliciter*. Sed hoc modo

§. 3. II. *Negatur Minor*: Absit enim ut ornatum templorum, cum maximè, de quo hîc agitur, quique sit per arbores,

Et per odoriferas herbas, & germina florum plurima pictorum,

improbemus. Scimus enim 1. ejus rei exempla extare in sacris Vet. Test. literis 1. Maccab. 13. 51. dicitur, quòd *Simon ingressus sit cum laude, cum termitibus, citharisq; & cymbalis &c.* Similiter 2. Maccab. 10. 7. habetur, quòd *in repurgatione templi thyrsos & ramos speciosos etiamq; palmas habentes, hymnos obtulerint ei, qui prosperum Successum tribuerat ad purificandum locum suum.* Quid quòd 2. parùm discrepet ille modus celebrandi ferias à DEO ipso præscriptus Levit. 23. 40. de quo verba ita sonant: *Sumtis pro vobis ipso die primo termitibus arborum speciosarum, Spathis palmarum, & ramis arborum densarum cum salicibus torrentis; letabimini coram DOMINO DEO vestro.* Et 3. forsan ad hanc consuetudinem respexit B. LUTHERUS in versione Psalmi 118. 27. quem ita reddidit: *Schmücket das Fest mit Meyen/ bis an die Hörner des Altars.* Hinc 4. in Nov. Test. inter *Adiaphora* referimus ejusmodi templorum cultum, qualis adhuc retinetur statis temporum in NORICO, HASSIA, THURINGIA, & olim servabatur in PALATINATU eo tempore nostræ religioni associato: item etiamnum hodiè in SAXONIA ELECT. ut ex antè citat. *Instruct.* videre est. Non itaque objurgamus eos, qui in festis licitis

citis templa arboribus exornant, ibidémque varia florum spargunt genera: Sed id facere in honorem Festi Corporis CHRISTI, hoc est, quod damnamus, cum illud sit *idololatrium*, ut peculiari demonstravit disp. disput. sapius sup, cit. Dn. D. GRAUERUS. Huc etiam refer Cautelam sup. citatam. Sed de his leviculis satis: provehamur ulterius, expectaturi, quis sit

SCRUPULUS IX.

BIm neunnden/ weil ein geistlicher Mensch alles vrtheilet / 1. Cor. 2. v. 15. muß ich bekennen/ es habe mir nicht allerdingß gefallen / daß Doctor HOE in der Sächsischen Instruction nur geschrieben / am Johannistage / vnd nicht / wie vor Alters her im Brauch war / an Sanct Johannistage. Johannes hat ja das Lob von dem HERRN Christo selbst im Evangelio / daß kein grösserer vom Weibe geboren / vnd ist bey vnsern Predigern sehr gemein / daß man den Herren Luther in den Kirchen auff den Cankeln vnd in den geschriebenen Büchern selig vnd heilig nennet. Warumb soll denn dieser so edele Vorkäufer vnd Märtyrer Christi nicht auch dieses Ehrentituls werth seyn? Die von Nürnberg sind dennoch höfflicher gewesen / als dieser oberste Hoffprediger / vnd haben in ihrem Mandat geschrieben / an Sanct Johannistage.

EXAMEN.

§.1. En iterum elusis spes fert confusa repulsam!
Quis non expectasset aliquando rem altioris indaginis? At manet in eodem tenore, i. e. ridiculis collectionibus *Autoy Noster*. Nimirum

Martia sanguineus miles sua tela coruscat,
Et, donec veniant hostes, diverberat auras.

Pudeat

Pudeat adeò (ne dicam inermem) nudum tanto obviare viro.
Animosè (me herclè) adoriris *Plur. Rever. Magnif. & Nobilif. Du.*
D. HOE &c. ita tamen, ut malles tacuisse, nisi quòd forsan sub
larva rideas, quòd quis harum ineptiarum propulsiõnem in se
receperit. In hoc tamen imitaris, qui

Lascivire solent mentitâ veste, Lupercos,

Et larvâ vultus dissimulare suos.

Id quod de jure prohibitum, putâ suppresso loci & personæ
nomine chartas evulgare. Interea si personatum te juvat esse
petulantem, affer attentione digna; alioquin non tam risum, quàm
commiserationem movebis, & tanquam jejunus gesticulator
abigèris.

Si tibi more placet Momi omnia rodere dente,

Dente venenato,

profer, quæso, rationes, quas non quivis levioris armaturæ mi-
les, immò alioqui credula anus possit destruere. Sed quid in
hujusmodi admonitionibus diutiùs desudo? charta typis excusa
publicisquæ nundinis exposita venalis in varias devénit manus:
Autor has omnes ita revocare nequit, quin ingenii ipsius & judi-
cii hebetudo divulgetur. In posterum forsan cautiùs mercari
discet. Quid forsan? immò certò, nisi cerebrum suum in cal-
caneo gerit. Hucusque autem cùm in ejus ineptiarum censura
pervenerimus, has etiam, ut & sequentes responsione dignabi-
mur. Cùm verò nihil penè restet, quòd vituperet, confert se ad
Criticam spongiam ex professo Instructioni SAXONICÆ adhi-
bendam, & quidem præfens, quòd attinet dubium, judicio suo
se affecutum putat, perperam ejus *Autorem* egisse, quòd nomini
JOHANNIS nullum præfixerit titulum: è contrario verò NÜRN-
BERGENSES præferendos (scilicet hoc pacto obtrudit palpum,
ne, quòd dub. II. intentat, observent) quòd in Mandato eum
Sanctum vocârint. *Argumentum* quo Instr. SAXONICAM de-
licti convincere conatur, est tale: *Quicumq; maximus est inter na-
tos ex mulieribus, ejus mentioni titulus aliquis honoris est preponendus.*
Atqui JOHANNES est. E. Minorem probat ex verbis CHRISTI
Matth. II. II. Luc. 7. 28.

H

§. 2. Resp.

§. 2. *Resp.* ad *Majorem* 1. petendo Connexionis rationem, quæ donec datur, ejus infirmitatem 2. probo: *tum* quòd in Scripturis quotiescunque ejus fit mentio, nunquam ejusmodi quid præfigatur: quis igitur alicui vitio vertat, si ad modum loquendi Scripturæ usitatum de Prophetis, Apostolis & Evangelistis absque præfixo titulo loquatur. 3. *tum* ideò, quia in locis citatis non dicitur maximus inter natos ex mulieribus, quòd ei Divi seu (quia hanc vocem *Bellarmin.* in recognit. princip. repudiat.) Beati, seu Sancti titulus sit præponendus; sed ut *Beza* ad h.l. monet, *magnitudo ad munus docendi disertè refertur, comparantur non personæ, sed doctrine gratia, præconium JOHANNIS cum Lege & Prophetis.* Vide etiam *Dn. D. CALIXTI* Concord. ad Loc. Matth. Proinde dari aliam oportet rationem, cur ei singularis honoris titulus debeat præfigi: quam video nullam aliam, nisi hanc: quòd omnibus, qui in Scriptura singularem obtinent laudem, peculiaris sit tribuendus titulus. Ergò 4. cum *David* Act. 13. 22. dicatur vir secundum cor DEI, *Salomon* etiam 1. Reg. 3. 12. ipsius DEI judicio, ita à Sapiencia commendetur, ut, *par non fuerit ante eum, nec post eum surrecturus sit par &c.* cur *Becanus* de hoc loquens, (ut plurima & ferè infinita præteream) *Man.* lib. 1. cap. 16. quæst. 7. §. 5. dicit, *refellitur Calvinus ex scopo & argumento Salomonis?* cur non dicit, B. vel S. Salomonis? Idem de illo verba faciens ibidem lib. 1. cap. 1. cap. 4. §. 7. ait: *Idem David, qui hæc dixit, dixit etiam sequentia, & §. eodem. An igitur David sibi ipsi contrarius est.* Cur, inquam, utrobique & alibi ejusmodi viris suum competentem non tribuit titulum? 5. Cum extra omnem dubitationis aleam sit positum, CHRISTUM in Scriptura ἐπιεικῶς τῶτατον, (immò omnia quæ scripta sunt in sacris literis, ad CHRISTUM referuntur, ait *Augustinus* in Psalm. 71 citante *Dn. D. GLASSIO* Philol. lib. 2. part. 2. sect. 2. ubi vide plura) & *Majorem ipso Johanne*, teste ipso met. Joh. 3. 29. cur illi nullum præfigunt titulum? videatur *Becanus* ab initio statim *Man.* prælud. 1. §. 5. *Bellarminus* Præfat. hab. in Gymnasio Rom. & alibi: Immò, cur nomini JESU, cui tamen *flecti debent omnia genua* Philip. 2. 10. & è cujus societate *Jesuite* se profitentur, hunc non deserunt honorem? *Becanus* simpliciter

pliciter se vocat Theologum Societatis JESU in frontispicio Manualis, itémque Bellarminus & alii. 6. Ut ad Johannem revertamur, nec ipsi Pontificii id observant, qua de re videantur Man. Becani lib. 1. cap. 12. §. 34. cujus hæc sunt verba: *Objicies, etiam Johannes Baptista extraordinarie missus est &c.* Bellarminus lib. 1. de V. D. cap. 2. ab initio. *Principio Moses Propheta, CHRISTUS ipse, Johannes, Apostoli &c.* ibid. §. Jam verò. *Jam verò Johannes Baptista testem legationis suæ &c.* & passim alibi. 7. *Quid? quod scrupulosus* de supremo Concionatore aulico garrit, adhuc sub judice lis est, utrùm Dn. D. HOE &c. hujus Instructionis sit autor. Nam quamvis eo libello sit inserta: qui agnoscere videtur per totum prædictum DN. THEOLOGUM, cum tamen non solum plurima ibidem contineantur, quæ indubitato, *hujus Viri* non sunt, utpote aliquot Psalmi, Augustana Confessio, Sacræ Cantilenæ, & alia; verum etiam hæc ipsa instructio sub nomine *Serenissimi ELECTORIS* fuerit exarata, evinci nequit, *Rev. plur. Magnif. & Nobiliss. Dn. D. HOE &c.* certò esse ejus Autorem. Quinimò 8. contrarium potius est verosimile, vel inde, quòd alibi in citato Manuali quotiescunque ejus incidit mentio, nomen Sancti eidem sit appositum, vid. pag. 17. 21. Taceo 9. quòd libera non tantum, verum etiam usitata hæc loquendi forma; nec quicquam detrahat honori JOHANNIS, etsi sine præfatione hujusmodi tituli quis de eo loquatur, modò aliàs debito modo, id est, honorificè de eo sentiat: quòd quomodo præstet Dn. D. HOE &c. videre est in ejus Postillis. *Tantum de Majore. Quid ad Minorem* dicendum sit, colligere est ex Resp. 3.

§. 3. Cum autem hæc argumentatio plusquam calva sit, immò ita elumbis, ut à quovis puerulo solvi, & hoc modo concludens totus delirare videri possit; quocunque tamen modo hanc suam palliare laborat insaniam, quâ nimirum audacia fretus spongiam sibi Criticam in hanc, quam vocat *Saxonicam Instructionem* sumserit, seu quâ licentia fretus tam stultas & ridiculas in medium protulerit collectiones, obtendit locum 1. Cor. 2. 15. quàm præposterum, immò absonum & absurdum hoc ipsius sit factum, evidens evadet, ubi efficietur *Syllogismus*. Hinc inquam, apparebit, quòd *scrupulosus* sit

In Scyllam lapsus cupiens vitare Charybdim.

Argumentum est tale: *Quicumq₃ judicat omnia, illi etiam licitum erit inquirere in Instructionem Saxonicam, de eaq₃ judicium ferre. Atqui Spiritu-
alis judicat omnia. E.*

§. 4. Resp. I. ad Majorem, Antecedens ejus esse ambiguum, siquidem per rō judicare omnia, aut intelligitur judicium de rebus omnibus promiscuē divinis & humanis, & his quidem tūm Politicis, tūm Oeconomicis, tūm Juridicis &c. & hoc sensu vera est hæc propositio. Nam cuicumque concessum est, ut indifferenter omnia hoc sensu judicet, illi non tantūm integrum est inquirere in has Constitutiones, de iisque judicium ferre: verūm etiam de S S. T R I N I T A T I S mysterio imperscrutabili in *Theologia*; omnes casus judicare in *Politicis*, omnes decidere morbos & febres; rationem reddere, cur Saturnus supremum occupet inter Planetas locum, Luna infimum, Sol medium; immō earum rerum causas enucleare potest, quas Jupiter Junonis auribus insusurrat: sed ita falsa est Minor. Aut accipitur hoc loco, ut in Minore, ceu debet, id est, rō judicare omnia intelligitur sensu *Apostolico*, sic falsa est Major, sed vera Minor, cūm judicium illud de omnibus hoc modo acceptum, nihil magis cum inquisitione tali, in *Instructionem Saxonicam* commercii aut affinitatis habeat, quām lupus cum agno; immō tantūm à se invicem distant quantum cœli à terris. *Χωρὶς τὰ Μεγρᾶ καὶ Σιλωὰν πνεύματα.*

§. 5. II. Ad Minorem. Diximus modō assumptionem de tali indifferenti judicio nullo modo loqui, quod etiam extendendum sit ad *Instructionem Saxonicam*: idque probabimus ex contextu. Nam cum cap. i. *Apostolus* docuerit, DEUM in negotio salutis nullum respectū politicæ & sapientiæ tenere, sed potius, R E D E M T O R E M ad eum modum in mundum misisse, ut opus hoc infirmum, immō fatuum visum fuerit. Hoc cap. modum prædicandi describit, quōd videlicet is non debeat esse sublimis & phaleris verborum ornatus, sed simplex & humilis, ut ita ejus effectus non lenociniis verborum, sed operationi S P I R I T Ū S S. tribuendos esse constet. Quoniam autem super cap. vers. 21. hanc Evangelii prædicationem stultitiam dixerat, jam, qua ratione stultitia sit, & qua ratione sapientia, incipit exponere

nere vers. 6. & postmodum quomodo à seculari distinguatur, nimirum inter alia in eò, quòd cum Divina sit, solà SPIRITUS S. patefactione doceri possit; & consequenter, sapientia hujusmodi de rebus Divinis cum à SPIRITU S. sit profecta, hanc edoctus, tales res judicat omnes, quæcunq; nobis à DEO revelata sunt, & quod ad salutem cognitu est necessarium, ita scilicet, ut ductu SPIRITUS ex verbo revelato certò discernat veritatem à mendacio, doctrinam DEI ab hominum commentis. Ipse v. à nemine dijudicatur, nempe quia veritas, quam homo, quatenus Spiritualis est, profitetur, pendet à solo DEO, & in ejus verbo fundata est, neq; stat, neq; cadit hominum arbitrio: cum, si etiam Angeli contra doceant; anathema sint futuri, Gal. 1.8. (Paraphrasis est Dn. D. CALIXTI ad h.l. qui etiam sequentia addit) *Hæc a. non dicuntur de quibusvis, quæ ab illo doceri aut disputari possunt, sed de iis, quæ ad salutem necessaria ex verbo DEI firmiter demonstrata sunt.* Manifestum hinc est, quis sit sensus hujus dicti, & in quantum dilatandum sit tò omne: scilicet restringendum est ad subjectam materiam, puta necessaria ad salutem, cujusmodi universalitas restricta & limitata in Scripturis non est inusitata, vide Matth. 24. 22. Sic in negatione, Amos 5. 25. qui citatur Act. 7. 42. Esa. 43. 10. Quæ verò consequentia? Homo à SPIRITU S. edoctus in necessariis ad salutem scit discernere veram à falsa doctrina. E. *Gimel Topfero* licet instituere inquisitionem in *Instructionem Saxoniam*, & in ea carpere & allatrare, quòd nomini *Johannis* ibi nullus inveniat præfixus titulus honorarius. Quæ, qualis, quanta? quæ Consequentia? Quin quòd, utrum *Gimel Noster* sit hujusmodi *Spiritualis*, adhuc sit μέγα λίσαν αἴτημα.

§. 6. Magis magisq; rideo subtile *Autoris* cerebellum, nec tamen mirari non possum, cur integrum dictum non allegarit, & sequentia addiderit verba, *ipse verò à nemine judicatur*; eaq; tanquam Medusæ obtenderit caput, quibus obstupefacti legentes ab examine hujus tam bellæ Consequentia abstinuissent, scilicet credula muliercularum turba, non ii, quibus

de meliore luto finxit præcordia Titan,
 quiq; sciunt ad amussim *Logicam* non tantum unumquemq; suos labores exigere, sed aliorum quoq; operas examinare debere, ut vult Dn. CORN. MARTINI, Anal. part. 1. c. 1. Sed de his abundè satis. Considerandus venit

SCRUPULUS X.

DUm zehenden / was gilt's die Papisten werden uns austas-
chen / daß wir wollen Evangelisch genennet werden / da
sie doch das Evangelium ausmustern / vñ an dessen stat ein
andere Schrift dem Volck bey diesem Jubelfest lassen vor-
lesen / wie zu sehen in der Sächsischen Instruction zu Dres-
den gedruckt.

Nun gedüncket mich / es were viel tröstlicher gewesen /
weñ herkommenem alten Gebrauch nach / ich aus dem heiligen
Evangelio hette vernehmē mögen / wie die vorzeiten weisgesag-
te Propheceyen allbereit erfüllet seyn / als ich aus einem Psal-
men etwas höre / welches gar leicht auff einen andern Verstand
kan gedeutet werden / als auff vnser Confession: Den eben der
Papistische Gesell / von dem ich zuvor Anregung gethan / sagt /
Der 76. Psalm: Gott ist in Juda bekandt / in Israel ist
sein Name herrlich etc welcher den ersten Feyertag ist vor-
gelesen worden / könne ganz wider vnser Confession ausge-
legt werden. Dann ist Gott so bekandt in Juda / vnd sein
Name herrlich in Israel / so ist nicht wahr / was wir sagen /
daß die wahre Kirche vnd der wahre Christliche Glaube / so viel
hundert Jahr unbekandt vnd verborgen gewesen sey. Es saget
auch der heilige David in gemeltem Psalmen / zu Salem / das
ist / in Frieden sey Gottes Gezelt / vnd seine Wohnung
in Zion. Was für Frieden aber vnser Confession in Teutsch-
land gebracht / sehen vñ empfindē wir leider noch. Wiederumb
saget David: Daselbs zerbreche Gott die Pfeil des
Bogen / Schild vnd Schwerdt vnd Streit / Ach Gott
wie haben wir diese zehen Jahr so wenig Pfeil des Bogens /
Schild vnd Schwerdt mit vnser Confession zubrochen.

Der hundert vnd neunzehende Psalm aber ist eben falsch
mehr

mehr Pabstisch / als Lutherisch: dann er ganz mit den Geboten Gottes / Liebe zum Gesetz vnd guten Wercken umbgehet etc. Ich rede was du befohlen hast / spricht David / vnd schawe auff deine Wege. Ich weiche nicht von deinem Gesetz / Ich habe Lust an deinen Geboten / vnd sind mir lieb. Was ist aber diß anders / als daß man die Gebot Gottes halten könne / vnd sey nicht vnmöglich / welches wir doch mit vnserer Confession widersprechen / vñ immerdar schreyen / man könne die Gebot Gottes nicht halten: Es ist mit vnserm Thun verloren / verdienen nichts / denn eitel Zorn. Es ist mit vnserm Thun vmbsonst / auch im lezten Leben. Es ist das Heil vns kommen her / von Gnad vnd lauter Güte / die Werck die helffen nimmermehr / sie mögen nicht behüten. Stossen also vnser Confession mit vnserem eigenen jubeln von der Confession zu Boden.

Der 87. Psalm: *Fundamenta ejus in montibus Sanctis &c.* wil auch mehr auff der Papisten / als auff vnserer Seiten schlagen / dann ist ihm also / wie dieser Psalm saget / daß die wahre Kirche Gottes so fest gegründet ist auff den heiligen Bergen / vnd der D e u s liebet die Thor Zion vber alle Wohnung Jacob etc. so gehet mir von stund an dieser Scrupel wieder zu gemuth. 1. Wie kömpts dan / daß vnser Lutherische Kirche so viel hundert Jahr verborgen vnd unbekant geblieben / vnd so gar zu Grunde gangen wahr. 2. Wo seynd dann die jenige Völcker / die Philister / Tyrer vnd Mohren / die in vnserer Kirch Christo geboren / vñ von dem Unglauben zur wahren Lehr gebracht worden? Diß wirffe mir mein Kerl starck für / daß in vnserm Lutherthum diese hundert Jahr vielerley Kezerey entsprungen / als da weren die Flaccianer / Widergesekler / Stenckfelder / vnd erst vor wenig Jahren die Arndtianer: sind diß die Mohren / von welchen
hie

Hie David redet & dann daß wir viel Heyden vnd Mohren zum Christlichen Glauben gebracht/habe ich noch nie gelesen. Die Papisten vnd Jesuiten können mehr von der gleichen Glauben in India, Japon, China &c. in allerley Sprachen predigen vnd verkündigen.

EXAMEN.

§. 1. Quando Scrupulus hic tantæ esset subtilitatis, quantæ prolixitatis, ab ejus examine abhorruissem: cum verò nihil præter *Autoris* morem in eo deprehenderim, id est, falsas collectiones, eas etiam ostendere non subterfugiam. Agit autem hic antepenultimus Scrupulus de Textu Jubilæi nostri festo publicè prælecto & explicato, ejusque inconuenientiam ostendere vult duobus modis, tum quòd cum Evangelici dicamur, Evangelii particulam explicare fas fuisset: tum quòd hi Textus ad præsentem scopum nullo pacto quadrent. De distinctis distinctè agemus. Prius quòd attinet Syllogismus, si quem quis conficere vellet, talis foret: Quicumq; dici volunt Evangelici, illis nihil præter Evangelium docere & explicare convenit. Atqui nos dicimur Evangelici. E.

§. 2. Resp. ad Majorem, vocem Evangelii diversimodè accipi, cum 1. significet generalissimè universam doctrinam divinis literis patefactam, quò referunt Marc. 16, 15. Galat. 1. 6. 2. CHRISTI historiam; hinc dicuntur Evangelistæ. 3. Sumitur pro pericopa alicujus Evangelistæ; inde nomen habent Evangelia Dominicalia. 4. Pro promissionibus gratiæ propter CHRISTUM. Prima significatio & ultima sunt hujus loci, de mediis duabus vix crediderim esse controversiam, seu eo sensu Adversarios nos dictos velle Evangelicos. Si itaq; prima significatione accipitur vox Evangelii, admittimus totum Syllogismum, nec quicquam nobis officit; & falsum est, quod Figulus Noster blaterat, nos videlicet Evangelium exauthorare, eò quòd alia Scripta, per quæ (ut ex sequentibus patet) Psalmos 76, 119, 87. vel etiam Augustanam intelligit Confessionem (quæ tribus Jubilæi diebus post meridiem ex Cathedra Ecclesiastica legebatur,

lege batur, vide Man. p. 43.) prælecta & explicata fuerint. Nam quod attinet Psalmos, illos includi generalissima, hac significatione quis dubitat? Sed nec hoc sensu planè excluditur A. C. utpote quòd in Scriptura seu Evangelio latè accepto sit fundata, videatur præfat. *A. C. §. cum igitur*; verba ita habent: *Offerimus &c. cujusmodi doctrinã ex Scripturis sanctis, & puro verbo Dei, hætenus illi in Nostris terris tradiderint &c.* item *Form. Concord.* ab initio, his verbis: *Brevis & succineta Confessio, ex verbo Dei & sacrosanctis Prophetarum & Apostolorum scriptis collecta est &c.* Tametsi non diffiteamur, nos A. C. non parem cum Scriptura honorem deferre, quia non immediato SPIRITUS S. afflatu est consignata; majorem tamen, quàm aliis scriptis privatis &c. Sed de his alibi: & hoc ex abundantia de A. C. adjecimus, cum *Autor Noster* eam non innuere videatur, dum solos examinat Psalmos. Sed ulterius. *Sin ultima* significatione intelligit vocem Evangelii, dico, ideò nos Evangelicos dici, non quòd solum Evangelium stricta acceptione in Ecclesiis nostris sonare debeat, cum contrarium testentur *Confess. Aug.* art. 20. *Epit.* cap. 5. & 6. *Declar.* cap. 5. & 6. Sed quòd Evangelium propriissima sua in significatione ab humanis commentis repurgatum doceamus; seu respectu habito ad Pontificios, cum illi ex Lege, ejusq; operibus justitiam quarant; nos verò hominibus viam ad æternam vitam per fidem in CHRISTUM monstremus. Adeoq; *Major falsitatis convincitur*, cum nullo modo sequatur: Evangelici dicimur ab Evangelio strictè dicto. E. præter illud nihil docere nobis licet. Notum enim est ex Logicis, quòd *argumentum ab Erymologia desumptum inter Topica maximè sit imbecille*. Sic enim eodem modo contra *Jesuitas* concludere possem: Quicunq; à *JESU* suum deducunt nomen, præter verba *CHRISTI*, seu quòd immediatè ad illum spectat, explicare & docere nihil debent. Sed quem risum ita collecturur ego mererer, parilem omninò hic *Topfer* meretur.

§. 3. Dispiciendum est, utrum textus eo tempore enucleati à scopo sint alieni. *Autor* conatur taliter demonstrare: *Quicunq; textus auditori plus consolationis attulisset, quàm Psalmi, qui in contrarium explicari & trahi possunt, ille fuisset sumendus. Atqui Textus aliquis de impletione vaticiniorum talis fuisset.* E.

I

§. 4°

§. 4. *Resp* I. *in genere*, nolo urgere, quòd *Autor* à particulari concludat, ita loquens, Wenn ich aus dem heiligen Evangelio hette vernehmen mögen/ etc. Item: Als ich aus einem Psalmen etwas höre/ etc. vel quasi pastor ad unius auditoris captum, reliquis neglectis sese accommodare teneretur; vel quasi *Topfer Noster* idea omniũ esset auditorum. II. *in specie ad Majorem*, cum ea sit *comparativa*, vi plures propositiones continet, proinde (ut *CORN. MARTINI* docet Anal. part. 1. cap. 2.) Categoricali & simplici affirmatione vel negatione ad eam respondendum est nulli, nisi qui singulas potentia inclusas veras vel falsas esse concedere velit. Enunciationes autem dico contentas esse sequentes. 1. Dantur conciones, quæ sint magis consolatoriæ, quàm è Psalmis desumptæ. 2. Conciones magis consolatoriæ in Jubileo sunt habendæ. 3. Conciones ex Psalmis desumptæ in contrarium explicari possunt. Singulas investigabimus, utrum aliquid veritatis possimus deprehendere.

§. 5. *Prima igitur propositio est: Dantur quedam conciones, quæ magis sint consolatoriæ, quàm ex Psalmis desumptæ.* *Resp*. I. hæc quamvis etiam sit *comparativa*, adeoque in plures resolvi possit, eam tamen redimendi temporis & papyri ergò, hæc vice non ulterius dispartiemur; sed statim ad illam dico, quòd *duplicem admittat sensum; unum*, ut conciones ita intelligantur formatæ, quales esse debent, nimirum ut post erutum literalem sensum, ille potissimum locus communis tractetur, vel ille usus populo seu auditoribus proponatur & inculcetur, qui spontè sua, ex textu fluit, quemve autor ipse intendit; *alterum*, ut sermo sit de eo, quid interdum fiat. Ubi notum est, quosdam licet textum sibi proponant maximè consolatorium, vel etiam aliam quandam rem tractantem, tantas sæpius vel adhibere digressiones vel *ἀλλοτρίαι* immiscere, vel in vocabulorum superflua enucleatione, vel cum variis linguis, aut editionibus collatione hæreere &c. adeoque tempustere, ut vel nunquam vel parcè admodum, tùm ad textum, tùm ad usum ejus redeant. De hoc non loquimur, nec enim quid fiat, sed quid fieri debeat, respiciendum; nec abusus alicujus rei ejus bonitati præjudicare debet. Illo verò intellectu.

tellectu utrum vera sit, nec ne, quamvis II. ex *Nostratum THEOLOGORUM* Scriptis id demonstrarem, & vel afferrem tabel- lam, continentem resolutionem Psalterii juxta causarum gene- ra, quæ ex Commentariis *Dn. D. CHYRÆI* desumpta præfixa est libro Psalmorum in Bibl. *Dn. D. ANDR. OSIANDRI*; vel alia elogia, cum primis à fertilitate consolationum desumpta; vel, quòd tamen maximè aliàs probaret, explicationem controver- sorum Psalmorum è *Man. Jub. Evang.* ubi usus eorum Consolato- rius apertè ostenditur: Parùm tamen apud *Adversarios* videor pro- ficere, utpotè qui hæc tanquam testimonia domestica repudiarent. Proinde III. ex ipsorum numero duos, qui edicant, afferam. Pro- deat primus sæpius citatus *Sneygoudanus*, qui antè seculum paulò minus Psalteriũ illustravit paraphrasibus: nonnè in Prologo *Psal- modia* ab eo *consolatio flentium* vocatur? quid? sub finem dicti pro- logi hæc verba expressè ponit: *Is sciat se profecisse in Sacris, quem Davidica carmina valdè consolantur.* Subsequatur hunc, qui si non expressiùs æquè saltem apertè respondet *Wolfgang. Sigismundus à Vorburg. Prot. Ap. Commissarius & Custos Aschaffenburgensis* (igno- sce *Lector* prolixitati verborum, nolui enim hunc *Virum* suo defraudare titulo.) Hic in iteratæ editionis frontispicio conce- ptis verbis ait, *se pro singulari omnium piorum consolatione, hanc scalam cæli, seu Psalterium Davidicum Pamphrasibus illustratum fideliter typis dedisse.* Quis ergò in posterum Psalterium innu- mero solamine refertum esse inficias ibit? *Argumentor* enim: Ille liber, ex quo potissimùm & præcipuè discitur consolatio, & omnium piorum solamini iuservit, ille est solationum quàm maximè plenus. Atqui Psalterium est talis liber. E. *Minor est Pontificii citati. Probatio Majoris* hæc est; quia cujuscunq; rei gratia aliquid est, illa est ejus finis, ex definitione causæ fi- nalis. Atqui propter consolationem est Psalterium, seu quod idem est, qui consolationem non inde discit, verum ejus non est assecutus finem. Adeoq; sufficiat evicisse ex ipsissimis *Adver- sariorum* verbis, Consolationem esse finem Psalterii, ex quo fuit, eò solaminibus plenior non dari librum. Cæterum etsi demon- strare:

straretur, de aliis libris Biblicis etiam enunciatum aliquid esse, ex quo colligi possit, eorum finem esse consolationem: nihil tamen aliud sequeretur, quàm eos in consolando pari passu ambulare, nec solatia locupletius continere. Et sic hujus enunciati falsitas in aprico posita est. Inquiramus etiam in sequentes, ubi occurrit

§. 6. Secunda propositio ita sonat: Conciones magis consolatoriae sunt in Jubileis habenda. Resp. Faciamus etiam hic periculum, quidnam medullæ veritatis contineat hoc enunciatum. Recordor autem, quòd in *D. D. GRAUERI* dissert. de errore circa satisf. CHRISTI initio legerim, *de Concionibus variare sententias hominum, etiã eruditorum: alios enim velle, & præcipuè Anton. Riccobonum, orationes Ecclesiasticas non modò exactè ad præceptiones Rhetoricas conformatas, sed insuper omnes & singulas tantùm deliberativas esse debere: quippe quòd secundùm illorum opinionem totum concionandi munus in hortationibus positum esse scribant, quò arripiunt locum 2. Cor. 5, 20. Alii, dicit, sunt, qui sermones sacros tam angustis cancellis includi non posse fatentur, proinde etiam tribus causarũ generibus communibus & sufficientibus, genus insuper didascalicum tribuunt: nibilominus tamen persuasi sunt, semper artificium attendendum esse Rhetoricum. Præter hos, ait, esse, qui diversitatem materiarum perpendentes, alias concinnè artificio Rhetorico tractari posse largiantur, interea tamen doceant, in aliis rectius Logicum disputandi modum observari. Ex his postremorum sententiis subscribit, & quidem pro ratione, sui propositi optimè, prioribus duabus rejectis. Utinam eo tempore scripsisset, *Noster Topfer* (utrùm vixerit, nescio) & novas has turbas, singulas puta conciones consolatorias requirendo, movisset: haud dubiè quartam constituisset turbam, & solidam tulisset refutationem & castigationem; idq; est quod maximè optassem. Sed quia *de præteritis nulla restat spes*; Ego autem ordine ad hujus propositionis examen devolvor, præstabo quod potero, tentabo vires, utrum has*

Aërias possim transcendere (scilicet) Alpes.

Planè autem mihi persuadeo (nec spero vanam esse persuasionem) ad hanc enunciationem *responderi commodè posse per insuasionem, datis plurimis instantiis, quæ desumi possunt ab homiliis nuptialibus;*

bus; homiliis itidem, quæ habentur ad Baptismum Illustrium personarum, in dedicationibus templorum, & casibus aliis quàm plurimis, ubi consolatio (ex professo) locū obtinet nullum. Assertionis meæ *rationem dico esse conditionem subjæctæ materiæ*, quæ uti variare solet, ita etiam conciones; Illas autem (quantum quidem ad præsens negotium) commodè distribui posse in lætas & tristes. In illis quid magis ineptum, quàm miscere solamina, quæ conveniunt afflictis, cum potiùs gratulationes militent. *Applico tandem*, quæ hætenus disserui, hoc modo: Quotiescunq; animus occupatur circa læta, absurdus foret, qui solatia miscere præsumeret. Atqui in Jubileo nostro animi nostri diffundebantur lætitiâ. *E. Major* patet ex dictis. *Minor* suis se defendit terminis, dummodò quis, quid Jubileum tale sit, perpendat, videlicet quò divinæ Clementiæ pro seculari protectione gratiæ sint agenda, ejusq; bonitas pro ulteriore tutela sollicitanda. Videat *Autor noster*, quod hætenus toties allatravit, & in quo carpendo adhuc laborat, *Manualis Jubil. Evang.* quæst. duas priores. Quid hîc tristitiæ? quid requiratur solaminis? Hoc igitur enunciato etiam in sua (non minus ac reliqua pleraq;) falsitate deprehenso, attendamus ultimum, quod majori implicabatur propositioni, estq; hoc

§. 7. *Conciones in Festo nostro contra Augustanam Confessionem explicari possunt. Resp.* ut citra anfractus ad rem ipsam accedam, arguo hanc propositionem ejusdem *ambiguitatis* cum ea, qua primam hujus majoris principalis involucro tectam ostendi infectam fuisse. Dico itaq; quòd ea *aut* intelligenda sit de commodâ interpretatione, *aut* de detorsione. *Illo modo* utrum aliquid habeat veritatis, in progressu videbimus; hoc concedimus eatenus, quatenus etiamnum hodie, Hæreticos Scripturam variè ad suam doctrinam detorquere, experientia testatur. Ergò utrùm verè contra nos allegata loca possint adduci videbimus.

§ 8. *Adducit autem. Primum* ex Psal. 76. *tria exempla*, quibus se nostram doctrinam evertere posse putat. *Primum* est ex vers. 15. hoc modo: *Si nobilis est in Juda DEUS, & in Israël magnum nomen ejus, falsum est, quòd vera Ecclesia & vera Christiana Religio per tot secula in latebras fuerit conjecta.* Atqui prius est. *E. Resp.*

I. Tribui nobis doctrinam quam nostram esse non agnoscimus, puta, ac si doceremus veram Ecclesiam & sinceram religionem per tot (& quidem ut scrup. 1. habet,) integra quindecim secula ignoratam delituisse, id quod etiam superius negavimus, & veram nostram mentem explicuimus. Nunc ἐπιτάγματι χάριτι addo, in *Nostris* doceri Ecclesiis, quod etiam si statim post *Apostolorum* secula doctrina floruerit purissimè, nunquam tamen ita viguerit, quin semper aliqui, etiam Patrum tempore (ut præcedentes errores silentio tegam,) à vera doctrina aberrarint. Sic *Irenæus* in nonnullis articulis aliquantum durius loquitur; *Tertullianus* non ubiq; probatur; *Origenes* quoque; Quin *Cyprianus* errorem habuit in fundamento; & *Lactantius* erravit; *Eusebius Cæsariensis* *Arii* extitit defensor; in *Basilio* sunt improprie locutiones; *Ambrosius* item, *Hieronymus*, *Cbrystostomus*, *Augustinus* &c. hallucinati fuerunt, vide *Dn. D. JAC. MART.* part. disp. 29. th. 8 &c. Immo quantò remotior fuit tempestas ab *Apostolorum* temporibus, tantò magis obnoxia corruptionibus fieri cœpit. Exempli gratia; quibus *Missales ritus* temporibus introducti fuerint, pro mortuis (Anno 552.) incensum thuris, (696.) flagellationes (Anno 700.) Confessio auricularis (1200.) Indulgentiarum bullæ (Anno 1300.) extrema unctio (Anno 526.) &c. videatur *Dn. D. THUMMII* *Christlich wolgegründeter Bericht* / 1c. Donec tandem sub regno Antichristi in miserandam degenerarint faciem, multiplicibus commentis hominum (ut mollissimè dicam) obruta, vera doctrina, quæ Dei gratia, per *Magnum LUTHERUM* pristinum recuperavit nitorem.

§. 9. *Si ita II. argumentaretur*: Si Nobilis est in *Juda* *DEUS*, vera doctrina nullo modo debet obscurari, *regerimus* nullam esse *Connexionis* rationem. Nam quòd ea obscuracionem pati possit, *sup. in exam. Scrup. 1.* est ostensum, quibus adde *Dn. D. DIETERICUM* in *Catech. in Explic. Symb. Apost.* loc. de *Eccles.* Propterea locus hic, ex quo id fluere *Autor* somniat, explicandus est; quod fiet, si intentis animo & oculis considerabitur. Cùm autem *hic P salmus* ad tempora *Hiskia* referendus sit, ut ex toto contextu patet, & insuper (ad hominem disputando, etiam si in fontibus

bus aliter extet) ex inscriptione potest probari, quibus copiarum *Sancheribi* pars magna caelitus interfecta est 2. Reg. 19. 2. Chron. 32. Esa. 37. ex ejus dispositione indubium est, vers. 1. contineri *ἐπιγραφήν*, 2. & 3. *Exordium*; *Narrationem* historiae stylo Poëtico descriptam, inde ad vers. 8. *Exordium* quod attinet, agit illud de DEI celebritate: quæ etsi aliàs per immensum diffusa sit orbem, ita ut ejus invisibilia jam inde à condito mundo ex rebus factis intellecta etiam Barbaris pervideantur, aeterna videlicet ejus tum potentia, tum divinitas, ad hoc ut sint inexcusabiles, Rom. 1, 20. hoc tamen loco aliam notitiam seu nobilitatem à *Regio Psalte* intendi, puta quæ propriè contigerit Ecclesiae V. Test. extra dubium positum esse puto omni, cui saltem Judæ & Israëlites voces obviaverint; adeoque secundum verbum materialiter aequipollere huic propositioni: Ecclesia gratâ mente recolat beneficia divina sibi præstita in protectione ab hostili impetu. Inde verò ita inferre velle; Ergò Ecclesiae eminentia & nobilitas nunquam potest desinere, qualis foret consequentia? vel quasi ad celebritatem nominis Divini in Ecclesia semper requireretur Ecclesiae splendor; vel quasi septies mille, quos reliquos fecit ex Israël DOMINUS, quorum omnia genua non curvaverunt se Babali, & quorum omnium os non osculatum est illum, (de quibus 1. Reg. 19, 18) quique eo tempore fuerunt Ecclesiae; vel quasi illi nomen DOMINI non celebrârint. Testem meæ expositionis iteratò cito *Raynerum Snoygoudanum*, cujus sequuntur verba: *Argumentum Psalmi.* Res miranda olim apud Judæos à DEO gesta, quia ille in sola Palestina erat cognitus, documento nobis esse debent, ut credamus, non basitantes de certissima salute, quam hac via consequemur, incredulis in immitte DEI judicium aliquando casuris. Notus est in Judæa vera, spiritali, & Ecclesia Catholica DEUS, quæ consistetur CHRISTUM venisse de tribu Juda: etiam in uno quoque Israël fidei magnum nomen ejus, quia CHRISTUM consistetur Regem regum, & Dominum dominantium. Nonnè hæc omnia pro nobis faciunt? Inunc & perpetuum Ecclesiae splendorem inde evince! Quid ad Minorem sit dicendum, ex modò dictis quilibet ab oq; labore colligere poterit.

§. 10. Sequitur alterum argumentum, quo ex hoc Psalmo contra nos militat: illud autem est in forma tale: *Quaecumq; religio movet bella, illa non est vera religio. Nostra est talis. E Ratio connexionis in Majore, fundatur dicti Psal. vers. 3. Resp. I καὶ ἂν ἰσχυροῦς, in Majoris propositionis subiecto delitescere ambiguitatem; cum bella movere quis dicatur dupliciter, 1. per se, & hoc sensu conceditur Major, sed nego Minorem. E contrario verò nos de Pontificia doctrina Minorem asserere non metuumus, & in assertionis nostræ testimonium citamus Casp. Sciopii, Consilarii Regii Classicum belli Sacri, sive suasoria ad Imperatorem de Christiani Caesaris, erga Principes Ecclesie rebelles, officio, & veris Hæreticorum compescendorum rationib; edit. Ticini Anno 1619. ubi Sciopiani flores, seu fructus religionis Pontificiæ tanquam in tabella depicti extant. 2. bella quis movet per accidens; idq; facit vel ipse, puta laceratus, non ut membrum Ecclesie, sed Politie; vel in aliis, sic David Psal. 120, 7. potest dici bella movere.*

§. 11. II. Resp. καὶ ἂν ἀλήθειαν tripliciter: Versio fontibus respondens est hæc; *cujus scilicet DEI iugurium est Schalem & habitaculum Tzyone.* Ubi nota, relativum *cujus* respicere antecedentem versum, quem paulò antè de Ecclesia V. T. loqui diximus: proinde quis alium hinc extorserit sensum, nisi hunc? Ecclesia V. Test. grato animo agnoscit beneficia in liberatione ab hostili incurso sibi præstita à DEO, qui DEUS habitat in Salem & Tzyon: seu qui peculiari modo sui cultum instituit eo tempore in Jerusalem, quæ olim Schalem dicebatur, ut Genes. 14, 18. vide etiam not. marg. Dn. D. ANDR. OSIANDRI ad h. l. Psal. seu quod idem est, *cui ignis est Tzyone, & furnus Jeruschalamu* Esa. 31, 9. videtis nunc, quæ consequentia prodeat: DEUS habitat in Jerusalem & Sion, id est, in V. Test. visibile suæ præsentiae signum dedit certo aliquo in loco. E. Ecclesia N. Test. non est obnoxia bellis & persecutionibus. Et sic nec hic versus nobis officit. Pergamus ad ultimum ex h. Psal. contra nos deductum argumentum.

§. 12. Tandem dubit abundus Noster ex immediatè subseq. vers. ita colligit: *Quicumq; versus tale quid dicit de Ecclesia, quod nostræ non competit, ille pro nobis non facit. Atqui hic est talis. E. Resp. 1. ad Mayo.*

Majorem propositionem notari velim, aliquid alicui competere dupliciter, πρῶτως & δευτέρως. Illo sensu falsa est, cum id non necessario requiratur; sed sufficiat, si alicui δευτέρως conveniat, & per similitudinem applicari possit. Probo inde, quia alioqui nihil ex Psalmis desumptum de nobis dici posset, cum illi plerumq; speciales respiciant casus. Posteriori vero vera, sed falsa minor, et si legitime foret formata. Itaq;

§ 13. Resp. II. ad Minorem. 1. Continetur ea his verbis: *Nach Gott wie haben wir diese zehen Jahr so wenig Pfeil des Bögens / Schild / Schwerdt mit vnser Confession zerbrochen.* Abludit ergo omnino à scopo, cum ea de nobis neget, quod Psalmus de DEO asserit, & quod ipsi de nobis negamus, teste cantione sacra: *Mit vnser Macht ist nichts gethan / 2c.* 2. Si ea rectè subsumeret, talis existeret: *Atqui versus hic alicui Ecclesie tribuit, quod nostra non competit.* Et sic negatur in totum. Ratio est, quamvis, ut §. preced. diximus, πρῶτως quæ hoc Psalmo dicuntur, ad nos non spectent, (nam, ut sup. §. 9. ostendimus, loquitur propriè de excidio & strage Assyriorum, quam dedit DOMINUS per Angelum, ad internecionem centum octoginta quinque millia virorum, de qua 2. Reg. 19. 35. 2. Chron. 32. 21. Esa. 37. 36. & descriptio illius historiae est proxima & literalis sensus à Spiritu S. per Prophetam Regium intentus;) per analogiam tamen, & similitudinem quandam ad nostram etiam doctrinam potest trahi, ita nimirum, ut quemadmodum eo tempore Assyrii numero longè prævaluerunt Judæis, hi tamen ab illorum impetu mirabiliter sunt servati; non secus nos, qui sumus *pusillus grex*, cui numerosa hostium cohors præsentissimam intentarunt mortem, divinitus ab illorum rabie fuimus defensati. *En convenientiam!* Quin 3. quod longè aliter explicetur à Pontificiis hic ipse versus. Adduco *Snoygoudanum*, cujus paraphrasis est, quæ sequitur: (consulantur & repetantur antecedentia ex superioribus §. 9. & 11.) ibi in illa parte confregit, & ad nihilum redegit potentias demonum, videl. arcum, delectationem in peccatis, scutum, malam voluntatem, gladium, actum peccandi, & bellum

bellum consuetudinem peccandi, quibus DEUS continuè impugnetur. Hac enim sunt armatura Diaboli.

Interea hos sinimus dare mutua praelia Fratres :
Nos pergemus, disquisituri, quid ex aliis Psalmis adversum nos producat.

S. 14. *Accedit autem Psalmum 119. & ex eo contra doctrinam, qua asserimus legem DEI perfectè impleri ab hominibus non posse, tali assurgit modo: Quicumq; Psalmus docet, legem DEI posse servari, Confessione Nostra contradicit, & consequenter in Jubileo non est explicandus. Atqui hic est talis. E Majoris rationem dat, tum quòd secùs doceamus in Nostra Confessione (puta Apolog. de dilect. & implet. legis) tum quòd subinde ingeminemus, & sonet in Ecclesiis Nostris illud: Es ist mit vnserm Thun verloren re. Resp. 1. Antecedens Majoris aut intelligitur ita: Quicumq; Psalmus docet legem DEI in externis servari posse, & hoc sensu falsa est Major, sed vera Minor: Illud quia omnes Nostrates THEOLOGI uno ore fatentur, hominem posse externè non procumbere ad idola, non jurare, templum ingredi, parentes extrinseco honore afficere, abstinere à cæde, adulterio, furto &c. teste etiam A. C. art. 18. Hoc, quia post videbimus, Psaltem non loqui de perfecta & absoluta legis impletione, quæ ita concernat internam obedientiam, ut ne quidem temerè irascamur Matth. 5. 22. aut intueamur mulierem cum concupiscentia ejus. Aut seq. sensu: Quicumque Psalmus docet legi DEI, interiore etiam omnimoda obedientia, qualem DEUS à nobis requirit, satisfieri à nobis posse; ille nobis adversatur. Hocq; intellectu vera est major, sed falsa minor. Illud quia coherentiam fatemur: hoc, quia demonstrabimus, Davidem de tali absoluta legi à se præstita obedientia non loqui. Antequam autem ulterius progrediamur, operæ pretium duco Nostratum doctrinam hac de re non repetere, sed tantùm aliquos Autorum locos citare. Videatur itaq; paulò antè allegata Apologia A. C. de impletione legis Dn. D. HAFENREFFERUS loc. lib. 3. stat. 3. loc. 4. quæst. 13. Dn. D. CHEMNITIUS loc. part. 1. loc. 6. cap. 4. §. contra illam corruptelam. part. 2. loc. 1. cap. 3. per tot. part. 3. loc 1. in argumentis adversar. de operib. renat. Dn. D.*

GALI-

CALIXTUS Epit. l. de verbo DEI. Concord. ad Luc. 1. 6. *DN. D. JAC. MARTINI* part. disp. 17. th. 67. *DN. D. GERHARDUS* Stom. 3. de Lege § 191-202. Disp. AntiBellarm. ult. th. 11. &c.

§. 15. *Resp. II ad Minorem. 1.* ingens est præjudicium, quòd nullus ex *Pontificis*, quos quidem videre datum est, hosce versus pro hujus sententiæ stabilimento attulerit (dico hosce versus. Scio enim quos ex hoc Psalmo *Bellarmin.* citet, puta vers. 32. lib. 4. de *Justific.* cap. 11 §. si verò permittit. vers. 10. *ibid.* §. Tertio probatur. Expositionem *S. Hilarii* in vers. 96. cap. seq. §. Ex Latinis.) quòd dubio procul nunquam intermisissent, si tantum in illis robur sensissent. 2. *suppositio* quòd Scriptura sibi non contradicat, & nostra sententia ab aliis suis fulcris solidissimè sit superstructa, sequitur horum versuum intelligentiam non esse, quam putat *nosser Gimel*, & quamvis quis me principium petere *retulerit*, tamen diu tamen mea *manet* assertio, donec contrarium probetur. *Interea 3.* ab horum allegatorum versuum incursione Nostram doctrinam non ruere demonstrabo, ubi ex singulis formati fuerint *Syllogismi*. Procedam autem eadem, qua *Autor* præivit via.

§. 16. *Primum* desumit ex vers. 25. *argumentum*. Hoc modò: *Quicumq;* dicit: *In mandatis tuis exercebor, & considerabo vias tuas,* (cum versione vulgata) seu *in preceptis tuis meditabor & aspiciam semitas tuas,* (quæ est *Aria Montani* interlinearis fontibus conveniens) live, *Ich rede was du befohlen hast/vnd schawe auff deine Wege* (ut *B. LUTHERI* sonat Germanica) ille *DE* *Iman-* *data* *perfectè* *implere* *potest.* *Atqui David &c. E. Resp. ad Major-* *rem, eam esse falsissimam, nec ullam in ea coherentiam.* Nam 1. *ab* *exercitio,* à *meditatione,* à *sermone* de aliqua re, à *consideratione* & *aspectu* viarum, ad *perfectionem* absolutam *argumentari* velle, quæ *avopia?* Sic enim *pari modo* colligere possem: *Theo-* *logi,* *Juri,* *Medici,* *Physici &c.* exercent se in *disciplinis* suis, & *meditantur,* *sermones* habent de illis, *considerant* eas, *intendunt* eas *aspiciunt.* *E.* ad *absolutam* earum *pertingunt* *perfectionem.* *At* *subitò* *objiceret*

Theologici sacer ordo Senatus

K 2

Illud

Illud 1. Cor. 13, 12. πλέπωμεν γὰρ ἄρτι δι' ἐσόπληρα, ἐν αἰνίγματι
τάτε δὲ πρόσωπον πρὸς πρόσωπον; Pari modo *regererent Eunomia*
Sacerdotes,

Esse mare immensum sinuosa volumina Juris?
Hippocrates suum obtenderet aphorismum; Ars, longa vita brevis,
Physiologus acclamaret;

Plurima natura latitate obscura recessu.

Summatim in singulis facultatibus deplorare cogimur mentis nostræ cœcitatem, & subinde ingeminare illud: *O quæ scimus quantum illa pars est eorum, quæ ignoramus!* quæ hîc perfectio. Ne 2. & illud *addam*, à velle ad posse nullam legitimam consequentiam neciti, vel ipsius *B. Pauli* renati exemplo, qui Rom. 7, 18. conqueritur: τὸ γὰρ θέλει παράκειμαι μοι, τὸ δὲ κατεργάζεσθαι τὸ καλὸν ἐχέωρίσκω. Item, de futuris contingentibus non esse determinatam veritatem & falsitatem &c.

§ 17. *Pergit* Psalmum hunc contra nos detorquere, & quidem vers. 102. Sed experiemur hujus argumenti vires, ubi illud *Syllogismo* includerimus. Directum est autem contra eandem nostræ doctrinæ thesin, de impossibilitate implendi legem, hoc modo: *Quicumq; dicit, à judiciis tuis non declinavi, ille mandata Dei perfecte implere potest, & consequenter Nostra doctrinæ contradicit. Atqui David id dicit. E. Resp. 1. ad Majorem, nolo hîc 1. urgere, quòd vox judicii varias habent in Scriptura significationes, de quibus vide FLACII Clav. part. 1. voc. Judicium, & quòd in aliis Scripturæ locis plerumq; alio significatu, quàm pro lege & doctrina Divina accipiat, videl pro judicio politico. Quin etiam ut h. l. ita subsumatur, multæ dari possunt rationes; tum 1. quòd à receptiore significatione non temerè sit recedendum; tum 2. etsi aliàs in hoc Psalmo pro DEI accipiat præceptis, non tamen etiam hî vers. ita sumendum sit, cum plura obstant Scripturæ loca, in quibus in eodem etiam contextu, & vers una vox aliam atq; aliam sortitur significationem (vide Dn. D. CALIXTI Concord. ad Luc. 2. 52.) sic 2. Cor. 10, 3. Matth. 13. 13. 17. 25. tum 3. quòd συνεχὴς textus id flagitare videtur, puta vers. 98. relatus ad hunc 102. quorum ille sic sonat: *Inimicis meis sapientiozem me reddit (lex)*
pra-*

præceptis tuis. Quid verat, quin de inimicis ejus, qui corporalem ei intentarunt afflictionem, intelligi possit? quasi semper judicio cum eis expertus, sententiam inde pro suæ causæ bonitate retulerit, & eam subvertere volentes convicerit ex lege Dei judiciali, à qua ipse se abduci non sit passus, *tum 4.* quòd videretur absurdum, Davidem toties dicere, se legem DEI implevisse, se ejus mandata servasse &c. cum parùm abesset à *ταυτολογία*. Hanc, inquam, responsionem non adeò mordicè defendam, cum eam saltem probabilem esse agnoscam. Converto itaq; me ad *resp. II.* qua dico, quòd *duplex sit sensus Majoris* propositionis; *Unius talis:* Quicumq; dicit, non declinavi &c. ita scilicet, ut eis omnibus internis & externis actionibus perfectam & perpetuam obedientiam præstiterim, cum debita simul ipsius naturæ & omnium virium ad *Divinam* justitiam integra & ubiq; conformi & absolutè congruente rectitudine; ille &c. *Hoc sensu vera est Major, sed falsa Minor: illud,* quòd hæc requisita ad perfectam obedientiam sufficere fateamur; *hoc,* quòd in discussione Minoris deprehendemus, Psaltem de ejusmodi impletione non loqui. *Alter in hunc modum profertur potest:* Quicumq; dicit, non declinavi &c. sic videl. ut non tantùm externè ea servârim, sed etiam internè quantum per vitiatam naturam licuit, ille &c. *Sic accepta Major est falsa, sed veritate sua stat Minor,* de qua mox videbimus. *Illud* probamus ex sup. alleg. *Autoribus,* qui *Pontificiorum* felicissimè everterunt doctrinam, eorumq; objectiones & replicationes adeò potenter enervârunt, ut nulli ex non concessa hypothese disputare, aut principium petere dici possim, nisi qui illorum non evolvit scripta: quorum etiam labores, ne nimium alienis ornatus inveniar plumis, aut prodigus videar chartæ, huc transcribere supersedeo. Hoc tantùm dico, *Nostrorum THEOLOGORUM* responsiones ad argumenta, & instantias Adversariorum tamdiu manere, donec refutentur. Jam accingo me.

§. 18. *II. Ad Minorem. i. præsuppono,* quòd utrinq; conceditur, in Scriptura non esse contradictiones veras. Illa autem alibi, neminem perfectè posse legem DEI implere, affirmat: *tùm generaliter,* quia homo nemo justus in terra, qui faciat bonum, & non



peccet Ecclesiast. 7. 20. 1. Reg. 8. 46. *tum specialiter*, neq; renati, cum lex sit spiritualis, illi verò carnales Rom. 7. 14. 2. quia Pontificii concedunt peccata venialia, utpotè concupiscentiæ primos motus involuntarios in renatis esse, peccatorum autem nomine, non tam venire debere, quàm natura sua veniam mereri clamitantes, videatur Bellarm. de amiss. gratiæ &c. lib. 5. cap. 4. Becanus Man. lib. 1. cap. 17. quæst. 1. §. 2. Catholici contradocent. Bellarm. lib. 1. de amiss. gratiæ cap. 8. Becanus Man. lib. 1. cap. 14. quæst. 2. *Posterius non attendentes prius assumemus*, & inde contra illos evincemus, ob has ipsas concupiscentias, impletionem legis perfectam, de nemine posse prædicari. Quod ubi à nobis erit præstitum, ultrò sequetur, *Davidem eam sibi non arrogare. Demonstramus autem 1.* hoc Syllogismo: *Quodcumq; formaliter pugnat cum primæva institutione Divina, ordinante hominem ad subjectionem DEI, id ipsum est à veniæ. Atqui concupiscentiarum primi motus in renatis sunt tale quid. E. sunt peccatum. 2.* Inde quòd concupiscentia habitualis, etiam propriè loquendo vocetur peccatum Rom. 7. 7. *Nec est quòd Bellarm. lib. 5. de amiss. gratiæ cap. 10. §. secunda obj. &c. dicat peccatum quidem propriè accipi, sed concupiscentiam non accipi pro fomite, sed pro actu voluntario concupiscendi, qui est prohibitus lege, Non concupisces. Contra enim in hunc modum argumentor: Quæcumq; concupiscentia potest agnosci sine lege DEI, de ea non agitur h. l. Atqui concupiscentia actualis, seu illa, cui mens consentit, ea cognoscitur sine lege DEI. E. de actuali h. l. non agitur. Major est Apostoli; Minorem probò: quòd concupiscentias actuales etiam citra legem DEI revelatam damnet, iisque adverteretur recta ratio, ut ex Ethicis notum.*

§. 19. *Ulimū argum.* quod ex hoc Psalmo contra eandem nostrā doctrinā producit, desumptum est ex vers. 47. *Syllogismus est talis: Quicumq; dicit, delectabor in mandatis tuis, que dilexi (sic ex fontibus hæc verba vertenda sunt, teste Bened. Ariadontano) seu meditabor in mandatis tuis, que dilexi (sic habet vulgata) ille potest perfectè servare mandata DEI. Atqui David b. l. ita dicit. E. Resp. I. limitatio Majoris, & inde consequens duplex sensus ex antecedentibus petantur, quæ h. loco odiosè & otiosè repetere nolo. II. Absolutè*

solutè ita posita nihil concludit, & ejus eobarentia peto rationem; ego ostendo interim ejus futilitatem hoc modo: Si, qui in aliquo deliciatur & meditatur, id ipsum etiam potest consequi, sequitur & B. Ambrosium, Divinitatem, seu sacrosanctam Trinitatem expiscaturum, Eandem esse assecutum, cum tamen historiae testentur contrarium: Immo si quis cum illo Horatii Archita Tarentino

*Et maris & terra numerog, carentis arena
Mensore, idem ut tentaret, sua raperetur voluptate, de eo num pariter Noster Gimel diceret, cum voti sui factum compotem? Sed quid his ineptiis immoror? Cæterum veram hujus Psalmi ad Jubilæum accommodationem habet Man. Jub. Evang. p. 47-79.*

§. 20. *Arripit Psal. 87. eumq; dupliciter contra nos detorquere conatur. Uno modo argumentatur contra obscuritatem Ecclesiæ ita: Si fundamenta Ecclesiæ sunt inter mentes sanctitatis, & diligit DOMINUS portas Izyonis, supra quam ulla tabernacula Jacobi &c. Ea per tot secula occulta & ignota manere, imò tota penè evanescere non potuit. Atqui prius est. E. Resp. 1. Connexionem peto Majoris. Ego interim 2. ejus aegritudinem ostendam ex mente evoluta Psalmistæ. Sciendum ergò eum Ecclesiam commendare, tum à facie ea, quam habebat suo tempore, puta à præsentia & beneficiis DEI erga illam versibus tribus prioribus, tum ab ea, quam consequi debuit tempore CHRISTI, seu quo intergerini parietis scriptum fuit solvendum Ephes. 2. 14. seqq. cum videlic. de vocatione gentium vaticinatur versib. seqq. Si ergò ex utroq; Psalmi membro contra nos vult concludere æternam Ecclesiæ N. T. florem (nolo enim ei injuriam facere, ac si ex verbis tantum expressis argumentaretur, cum abbreviati majoris signum sit appositum,) admodum ineptire deprehenditur. Talis enim foret collectio: Si DEUS Ecclesiam V. T. Cananae inclusit, ibidemq; ei singularia sui amoris præbuit specimina, in Novo verò ea in varias diffundetur gentes, sequitur iam obscurare non posse. Ne superius appolita (hîc enim repeti volo quæ dicta sunt ex aminibus tum scrup. 1. tum Psal. 76 vers 1.) hîc recoquantur vel ex solis persecutionibus ejus patescit falsitas.*

§. 21. *Deinde Psalmum hunc contra nos affert propter exiguos nostræ Ecclesiæ terminos, quos quidem sibi imaginatur. Argumen-*

tum ex vers. 4, 5. &c. est tale: Cuicumq; Ecclesia competit, ut non possit ad se transeuntes monstrare Raab, Babylonem &c. in ejus Jubileo hic Psalmus non rectè explicandus proponitur. Atqui nostra est talis. E. Resp. 1. ad Majorem. 1. Ea aut intelligi potest proprie, prout ipsissima verba sonant, & sic Raab non, nisi

Æthereas iterùm revocetur lucis in oras, ad Ecclesiam aliquam transire potest: sic urbs & muri, seu terra Babylonis; sic urbs & recta Tyri; sic tellus quam incolunt Æthiopes, membra fore Ecclesiæ dicendum esset; quod nemo nisi emotæ mentis dixerit. Aut 2. per Synecdochen per Raab intelligitur meretrix, qualis audeat Jos. 2. 1. 6. 25. Hebr. 11. 31. Jac. 2. 25. Et sic quidem Raab Pontificiorum Ecclesiæ relinquimus: nec immeritò; cum, quanta ibi eorum copia sit, quæve habeant privilegia, jam tum ex Scriptoribus probatis recensuit Dn. D. THUMMIUS in Christianischen wolgegründeten Bericht 2c. p. 324. & peculiariter de Castitate Jesuitarum, vide Ludov. Luc. hist. Jes. lib. 1. cap. 5. de Voto Castitatis p. 131. &c. 3. nos cum doctiorib. neq; in propria, neq; in tali tropica significatione vocem hoc loco ponendum censem, sed ex collatione cum aliis locis (intellige Psal. 89. 11. & Esa. 51. 9.) dicim, vocem מִצְרַיִם explicandam esse Ægyptum, & pergimus 4. aut per metonymiam subjecti inhabitatores horum locorū præcisè intelliguntur; & sic æquè difficile hujus Psalmi explicationem ad se transferre poterunt Pontificii, ac nos possumus. Ostendendum enim est illis, Pontificiæ Ecclesiæ sese junxisse Ægyptios, Babylonios, Palestinos, Tyrios, Æthiopes. aut 5. tum ita metonymicè, tum etiam Synecdochicè pro iis hæ voces accipiendæ sunt mundi partibus, quas hæ gentes incolunt: & hoc sensu utrùm nobis applicari possit, jam dispiciemus.

§. 22. Vaticinatur autem hic David, tempore N. T. ad Ecclesiam venturum 1. Ægyptium: Ægyptus autem uti constat, est regio Africæ, vide Stephani Ritteri Cosmograph. Profometr. lib. 1. pag. 41. lib. 3. pag. 138. & 333. 2. Babylonium: Babylon fuit urbs ad Euphratem sita, olim caput regni Assyrici, Flac. part 1. Clav. voc. Babylon (quamvis etiam alia est Babylon urbs Ægypti ad Nilum fluvium condita, quæ aliàs Memphis dicitur, hodiè Alkair, verba

verba sunt Ritteri *ibid.* lib. 4. p. 357. Assyria autem est regio mediterranea Asiae, Ritterus *ibid.* lib. 1. p. 45. lib. 3. p. 316. 3. *Tyrium*: per quam intelligo *Judeos*, eò quòd *Tyrus* urbs maritima in tribu Aser sita fuerit, de qua vide *Dn. Christoph. Heidemannum* in *Palæstina* cap. 9. num. 135. & 147. Ipsa autem *Palæstina* est pars Asiae. Quòd verò etiam *Palæstina* subjungitur, tanquam totum parti, forsan id factum est in consolationem *Judæorum*; quòd videlicet, tametsi deportandi sint in exilium, multaque perpeffuri, nihilominus etiam sint membra futura Ecclesiae N. T. & quidem non solum ex una tribu; sed *Palæstina*, id est, multi, & fortassis aliqui ex singulis tribubus. Sic evitari puto posse *ταυτολογίαν*. 4. *Æthiopes*, qui sunt populi Africae, vide *Ritterum* lib. 3. p. 328. Qui inter alia ita: *Ejus incolæ hodiè Christianos se profitètur, habent tamen suos peculiare ritus. Sensus itaq; est: Tempore N. Testam. ex Asia & Africa gentes ad Ecclesiam convertendas.*

§. 23. II. *Resp. ad Minorem. Videamus nunc, utrum id nostræ Ecclesie conveniat?* Nolo autem ita intelligi, ac si inde locorum ad nos proficisci deberent: quod nec ipsi Pontificii de sua Ecclesia demonstrare possunt, nec quòd nostro seculo, nostrave opera id sit præstitum (inde *inf.* §. 25. p. 77.) sed quòd nobiscum in religionis articulis consentiant. *Dico ergò quòd maxime.* Jam modò de Ecclesia *Æthiopica*, quæ est in Africa, in genere aliquid attulit, ut & *sup. sub fin. exã. Scrup. 4. §. 4. p. 32.* ex apparatu *Dn. D. CALIXTI* quædã citavi. Plura habet *ibid.* pag. 91. III. Cùm verò nôrim illum librum in paucorum adhuc esse manibus, rem compendiò proponam. In Imperio Rom. tres ut erant primariæ urbes. *Roma* puta in *Europa*, *Alexandria* in *Ægypto* seu *Africa*, *Antiochia* in *Syria* seu *Asia*: ita harum urbium Episcopi præ reliquis eminebant. Ratio tamen habebatur etiam *Hierosolymitani* propter urbem, non tam *præscis Regibus & Prophetis*, verùm etiam *CHRISTO* multis modis nobilitatam. Tandem sede Imperii *Constantinopolim* translata, etiam ejus urbis Episcopus in tanto cœpit esse pretio, ut Romano proximo ordine, par autoritate haberetur. *Hi quinq;* postmodum *Patriarchæ* dicebantur, qui de rebus Ecclesiasticis unanimiter mediatis *Epistolis Canonis* seu *formatis* invicem communicarunt; donec ambitio

L

Roma-



Romani ultra Primatum ordinis, etiam potestatis Primatum sibi arrogare, & reliquos non ut fratres & collegas, sed ut subditos habere cœpit; cujus facinoris hi impatientes ab illo segregati ad hunc usque diem conjuncti inter se manserunt, sed devoluti sub dominatum Turcicum. Interea quid Patriarcha Rom. egerit, & in Occidente fimbrias suas ut dilataverit, tanquam nota, multis exponere nihil opus est. *Diaecesis* interim *Constantinopolitani Patriarchæ*, qui dicitur *Oecumenicus*, cui titulo etiam reliqui consentiunt, *latissime pater*. Imò asserente *Petro Bellonio* observ. libr. 1. cap. 35. *Græcanicæ Ecclesiæ* ritus latius patent, quam *Latinæ*. Subsunt ei *Thracia, Græcia, Macedonia, Epirus, Illyricum, Dalmatia, Servia, Bulgaria, Moldavia, Valachia, Insule maris Ægæi, Natolia, Asia minor, Russia utraque tum Major, tum Minor. Alexandrini Diaecesis est Ægyptus, Lybia & Pentapolis*, juxta *Can. 6. Synodi Nicænæ*. Ejus titulus hodiè est, *Πάπας καὶ Πατριάρχης τῆς μεγάλης Ἀλεξανδρείας, καὶ κριτῆς τῆς οἰκουμένης*. Venerantur eum etiam maxime *Æthiopes, Abassini* hodiè dicti, & *Christianismum* suum ab *Eunuchò Act. 8.* deducentes, quorum imperium hodie inter potentissima numeratur, ita ut *Metropolitanum* suum ab eo accipere consueverint. Horum religionem ritusque petere licet ex *Confessione Zagazabo Episcopi Abassini*, qui ante centum, paulò minus, annos à Rege suo ex *Æthiopia in Lusitaniam* missus fuit; & itinerario *Francisci Alvarez*, qui Legato *Jussu Emanuelis Regis Lusitaniæ in Æthiopianam* eunti, comes additus sexennium in iis terris est commoratus, ut & *Josephi Scaligeri* lib. de emendatione temporum 7. Summa eorum doctrinæ, in qua quidem nobis consentiunt, à *Pontificiis* dissentiunt, videatur *sup. sub fin. exam. Scrup. 4. §. 4. p. 32.* Tantum de *Christianismo in Africa*, cui consentiunt in plerisq; *Insula Socotara; regna, Congi, Angole, Guineæ.* In *Asia* reperitur *Antiochenus Patriarcha*, qui se scribit *Πατριάρχης τῆς μεγάλης Σεῦ πόλεως Ἀντιοχείας, καὶ πόλεως ἀνατολῆς*. Is, quia *Antiochia* in solitudinem propemodùm redacta est, nec potest domicilium præbere suo Patriarchæ, *Damasci* habitans paucas suo regimine moderatur *Ecclesias*, inter quas ascendentibus ad *Libanum* montem medio itinere occurrit *Monasterium Deiparæ Virginis*, in quo religio feliciter viget, & purius colitur. Item

Jero-

Ierosolymitanus (qui se Πατριάρχης τῆς ἁγίας πόλεως Ἱερουσαλήμ, καὶ πάσης παλαιστίνης dicit) in ea, à qua nomen habet, urbe residens, praest Ecclesiis Hierosolyma, Bethlehema, & alijs nonnullis Palæstinae locis existentibus Ecclesiis. Subest ei Episcopus τῆς ἁγίας ὄρας Σινᾶ καὶ ῥαιθῆ. Mengrelii (vide de iis *Busbequium* ep. 3.) Circasii, Georgiani, cum ritibus Graecorum conveniunt in plerisque, in nonnullis differunt. In Armenia, cujus Provincia Turcomania, Christianismus, hodiè viciniâ & incursionibus Muhammedanorum quamvis debilitatus nondum tamen est extinctus. Hi Armenii, licet olim de Eutychianismo suspecti, talem ediderunt Confessionem, quæ sana est & orthodoxa. Horum multi sedem fixerunt in *Russia nigra*, Leopoli videlicet, ubi Metropolitan quoque habent, Chiovia, Camenecia & Luceoria. In Mesopotamia, Assyria, & Chaldaea plurimi supersunt Christiani, cum suis sacerdotum ministris & antistitibus; quorum etsi alii arguuntur Nestorianismi, alii Eutychianismi, neutri tamè aperta approbatione seu confessione hæc dogmata laudant, sed utrisq; potius, & huic & illi anathema dicunt. In India Christianos esse ab ipso *Thoma* (qui dicitur in Regni *Narsingæ* urbe *Maliapora* tumulatus) institutos plurimos, est certissimum, potissimum in *Colmandel* & *Negapatan*: sic in vicina regione *Malabarica*, & quidem in civitate, regnoque *Cranganor* septuagesies mille, plus minusve habitare dicuntur: Item *Angamala* Metropolitæ residere: Sic multi sunt Christiani in regno *Cochin* & *Coulam*. Hos *Thomeos* omnes certum est in ignorato vel improbato unico visibili Ecclesiæ universæ capite, & sanctâ Eucharistiâ integrè administrandâ nobiscum, & cum Graecis, Armenijs, & Abassinis convenire à Pontificiis dissidere. Hæc de latitudine religionis nostræ Πιτομικῶς ex Apparatu Dn. D. CALIXTI excerpere operæ pretium duxi, quæ omnia videantur prolixius tractata loc. alleg. Eadem de re evolvetur Dn. D. GERHARDI Tom. de Eccl. p. 958. & c.

§. 24. Videamus nunc ex superfluo, Pontificia in quantum sese diffundat religio. Cùm eam exulare dixerimus Asiae & Africae terminis, facile colligere licet, eam angustioribus esse circumscriptam limitibus: Afferemus tamen ejusd. Dn. D. CALIXTI verba, quibus manifestum fiet, quantum Pontifex in reliquis mundi possideat partibus: extant autem ea lib. cit. p. 109. Ne tamen Pontificios sua laude

fraudemus, fatemur, & notum est ex occasione navigationum Lusitanicarum in Indiam, quam vocant Orientalem: Castellensium vero, in alteram, quam ob nonnihil similitudinis itidem Indiam, sed Occidentalem, & rectius Americam dicunt, fidem CHRISTI & doctrinam Evangelii, quamvis recentibus & privatis suis illis commentis sine dubio admixta, intulisse. Quin in Insulas Japan, quae Marco Paulo Zipangris, penetrasse. Constituerunt a. Archiepiscopum in urbe & emporio Goá, cui subjecerunt Episcopos, quos Orientalis India tractibus maritimis & nonnullis Insulis per Lusitanos occupatis, dederunt. Praeter hunc non ita pridem alium instituerunt in Manilá urbe primariá Insulae Luzoniae, Philippinarum, quas vocant, maxime. Occidentali vero complures Episcopos, & his suos Archiepiscopos praefecerunt. Insulis Hispaniolas, Cuba, Portus divitis, Jamaica praesidet Archiepiscopus, qui sedem habet Dominicopoli in Hispaniolá. In continente boreali Mexicanú regnum, quod ductu Ferdinandi Cortesi, Montezumá Rege sublato, occupatum fuit, Proregem, Archiepiscopum, & Academiam habet in urbe Mexicaná; quemadmodum in Australi parte regnum Peruanum, quod Franciscus Pizarrus, Ingu veteribus dominis oppressis sub Regis Hispani potestatem redegit, in Limensi civitate. Hos quidem Archiepiscopatus instituit sive confirmavit superiore seculo Paulus III. Pontifex; quibus nostrá aetate adjecit Paulus V. Platensem in Provincia Charquensi, & Bogot anum in novo regno Granetensi. & pag. 95. ait: Hispaniam, Galliam, Germaniam, Daniam, Sueciam, Norvegiam, &c. Romanú Pontificem tanquá in regimine externo, precipuá autoritate pollentem Patriarcham agnovisse, cum autem potestatem suam etiam ad regimen internum extenderet, evenisse, ut qui sponte se subdiderant, se quoque, cum animadvertent enormes concessae potestatis abusus, subtraherent: Hinc etiam factum esse, ut cum ante seculum, & quod excurrit, diétae nationes suae Patriarchali potestati obnoxias haberet, nunc nullam earum in solidum (scimus quidem eum apud quasdam in extremo margine haerere) possideat, praeter Italiam & Hispaniam: quae & ipse jugum excuterent, nisi metu inquisitionis in obsequio continerentur. Videatur etiam Lucius in Hist. Jesuit. p. 145. &c. ubi concedit, Papalem religionem occupasse potissimum aliquot Europae partes, utpote, Italiam, Hispaniam, & utramque totam; Germaniam tum superioris, tum inferioris aliquot Provincias, ut & Gallia, imò Americam totam seu Indiam Occidentalem. Ubi nota quod ante diximus, religionem Pontificiam exulare à pomeriis Asiae,

Asia, non præcisè intelligendum est: cùm in aliqua parte, puta India Orientali, ejus virus etiam hodiè inveniatur. Ante citatus etiã *Lucius* in duabus hujus Indiae Provinciis *Jesuitarum* collegia reperiri statuit, puta in Provincia *Goana*, de qua vide *Maginum Geogr.* vol. 2. p. 255. & *Malabarica*, vide ibid. p. seq. regno *Sinarum vel Chinae*, ibid. 262. *Japonia* sive *Japan Insula*, p. 268. edit. Colon. An. 97. Cæterùm quàm violentum adhibuerint modum in gentibus his convertendis Pontificii, vide *Man. Jub. Evang.* p. 98. *Dn. D. GERHARDI* tom. de Eccl. p. 966. Item quomodo ex *Asinis* mulos reddiderint, in quibus utrisq; par est bruta ignorantia, vide *Luciū Hist. Jes.* lib. 3. cap. 5. p. 342. Tandem ut, unde longius digressi sumus, redeamus, dicimus, ex hæctenus dictis constare, etiam si Pontificii in partem aliquã *Asiae* irrepserint, tamen si voces secundū significationē sup. explicatā §. 21. p. 72. sumantur, & per eas intelligatur populi *Asiatici* & *Africani*, certū esse, textū potius à nostra quàm Pontificiorum stare parte: immò inde contra Pontificios nos posse subsumere, hoc modo: *Circumq; Ecclesie non competit, ut possit ad se transeuntes monstrare Raab & Babylonem, & c. illa pro se hunc Psalmum explicare nequit. Atqui Pontificia est talis. E.*

§. 25. Antequam colophonem imponamus hujus antepenultimi dubii examini, duo monenda veniunt, 1. Quòd *Töpfer* noster ogganit, nullius esse pretii, videl. nostrã opera hos populos nostram religionem non esse edoctos. Nam *Resp.* quòd *Psaltes* promiscuè loquatur de statu *Ecclesie N. T.* de que ea prædicet hujusmodi gentes ad eam perventuras, & cùm hanc Prophetiam dudum impletam esse ostenderimus, satis est *Nostræ Ecclesie* membra esse hos populos, quos hic Propheta innuit, eosque *CHRISTO* genitos, sive à nobis, sive ab aliis multis retrò seculis, id sit præstitum. Sed nec ita nudè & crudè veritatem nostræ religionis ostendimus, q. ea vera esset doctrina, quæ consentientes habeat in diversis mundi plagis, cùm & falsæ id posset convenire: Sed veritate ejus ante stabilita, seu ubi evicimus nos ad verã pertinere Ecclesiam, monstramus, quomodo prophetiæ hujus impletio ei possit applicari. 2. Non est majoris ponderis ea suggillatio, quã schismata exorta producit, immò exaggerando & per hyperbolen hæreses vocat. Nec operosa indiget refutatione, cùm ad hanc cramben recoctam sufficiat responsio

sup. Scrup. 6. §. 3. p. 37. data, nimirū multò plura & graviora apud ipsos pariter reperiri posse, etiam in summis fidei articulis. Tantum, etiam de antepenultimo: succedit penultimus

SCRUPULUS XI.

Dimeilfften/möcht ich gar wol wissen/ nach welchem Exemplar die Augspurgische Confession in diesem Manuali Jubilæo Evangelico getrucket sey/ welche dem Volck vorgelesen ward? Denn ich habe ein Vhralte Edition, die lautet an etlichen Orten viel anders: vnd mein Nachbaur Salomon hat auch eine andere als ich: Nachbaur Daniel wieder ein andere/als ich vnd Nachbaur Salomon: Darumb wir vns in diesen Handel nicht richten können. Insonderheit ist eine Anno 1532. zu Nürnberg bey Johan Petrejo in Octav Deutsch getruckt/die ist den andern sehr vngleich: hett fürwar nit vermeinet/ daß es zu Nürnberg so selkam hergangen sey/ Aber der Augenschein ligt am Tag/vnd können die von Nürnberg am allerwenigsten Jubiliren, vnd sich der vngeänderten Augspurgischen Confession berühmen/denn Johan Petrejus stehet da in seinem Truck/vnd sagt/ ihr Herren schawet was ihr in ewrem Mandat sagt/ Ich habe Anno 1532. ein verfälschte Confession zu Nürnberg in der Stadt öffentlich getrucket.

EXAMEN.

§.1. Hic Scrupulus commodè in duas dividi potest partes, quarum prior continet questionem de A. C. Manual. Jubil. Evang. inserta: Ad quod exemplar sit expressa? Quod cum exigui sit momenti, parumque referat, modò in dogmaticis sit incorrupta, illam cum aliis editionibus conferre operæ pretium non fore putavi. Interea nullus dubito, quin illi par sit, quæ continet Pupilla. Hæc autem testibus THEOLOGIS ELECTORALIBUS SAXONICIS eadem est cum illa, quæ exhibita est IMP. CAROLO V. cap. 27. & 28. Consequenter ergò, quam habet Manuale, respondet oblata in Comitiiis Augustanis. Et cùm paulò post

pōst occasio dabitur de variatione August. Confess. uberiùs disse-
rendi, hac responsione sufficienter *Gimel nostrum* dimissum puto:
& converto me ad

§. 2. *Membrum posterius*, quo principaliter bella movet flo-
rentissimæ NURNBERGÆ, ob exemplar aliquod cum quadam varia-
tione ibidem impressum, in forma *Syllogistica* est tale: *Ubiq; varia-*
ta typis excusa est Aug. Confess. illa civitas cur Jubila de ea celebret, non ha-
bet. At qui Nürnbergæ &c. E. Antequam ad responsionem ad hoc argu-
mentum dilabar, duo prius volo innotescere. I. in quem finem potissi-
mum urgeatur à Pontificiis? quod ubi in lucem producet, me-
ritò quis insonare poterit.

————— *latet anguis in herba.*

Id autē videre est aus dem *Überschlag Föreri*, ut citatur ab ELECTO-
RALIBUS SAXONICIS THEOLOGIS in der *Hauptvertheidigung*
des Augapfels cap. 25. circa finem. Quorum verba sunt:
Im folgenden Capitel beicht der Jesuit heraus-
warumb er den Punct von d' geänderten Confession
also hoch treibe: nemlich daß er die jenigen/die geän-
derte Exemplar gebrauchet/ aus dem Religionfriede
schliesse/ vnnnd das sehe er zuförderst gern mit der
volkreichen Stadt Nürnberg/it. Utrum verò id sequa-
tur videre est ibid cap. seq. II. Etsi Jesuitis non tenemur rationem
reddere variationis; tamen reddimus, aliis de causis, quæ citantur
cap. 20. Et nos ita explicamus, quòd questio non sit de variatione
verbali, quæ potuit variè contingere, ut probatur ejusd. Scripti
cap. 21. sed reali, facta integro ferè decennio post privata Dn. PHI-
LIPPI autoritate, quæ nihil omnibus A. C. addictis derogat, cum
nec conscio contigerit Dn. D. LUTHERO ibid. cap. 23. Ideoque ad
differentiam illa nomine variationis, hac corruptionis venire potest, ut
ibid. diducitur cap. 25. Quod discrimen maximè probè est obser-
vandum cum Adversarii semper hæc duo confundant, & pro uno
eodemq; obtrudant. Devenio jam ad ressoniones, quibus contra
Adversarios Præpotentem NURNBERGAM, THEOLOGI ELECTORALES
SAXONICI in citato scripto jam tum vindicârunt, quorū vestigia hic
legemus (unde n. meliora promamus?) Proinde

§. 3.

§. 3. I. Dico ad Majorem, quòd illa vel loquatur de verbali, quæ contra distinguitur à reali seu corruptione; & hoc sensu falsa sit, easdem ob causas, ob quas ejus causa Statum aliquem Imperii pace religiosa privari nefas est, qua dere vide **Hauptvertheidigung** cap. 26. vel reali, qua acceptione non minus falsa est, ratio redditur ibid. cap. 23. quia, etsi possit hujusmodi realis variatio, propriè corruptio dicta demonstrari: tamen propterea laudatissimo SENATUI culpa imputari posset nulla, utpote quo inscio & invito id obtigit, ut l. c. probatur inde, quòd ad Comitem Palatinum WOLFGANGUM scripserit: **Sie hetten sich jederzeit befließen / bey der ersten Confession zu verharren / (NB. bey der ersten) wolten auch nachmals keiner andern als der vngeänderten Confession, wie sie An. 1530. Keyser CARL dem Fünfften vbergeben worden / vnterschreiben.**

§. 4. II. Ad Minorem Resp. 1. quoad variationē in substantialibus, quam quidam innuunt in editione Petreji occurrere, eam esse falsam, ut probatur ab iisdem Dnn. THEOLOGIS, qui discrepantiam verba- lem ad oculum demonstrarunt dict. cap. & pag. ut & cap. 25. potissimum autem contra Foverum cap. 26. sufficiat hæc allegasse, loca, cum liber omnium versetur manibus. 2. Etsi Pontificii aliud ostenderent & proferrent exemplar, sub Petreji nomine; ut & si Figulus noster vicinorum suorum Salomonis & Danielis protraheret & sudo exponeret Jovi (quod hætenus non experti sumus; & si adhuc fieret, meritò dubiæ possemus accusare fidei, quòd, si in rei veritate aliquid hujusmodi contigisset, non tam diu mansisset

Cimmeriis tenebris, cæca & caligine tectum:)

si, inquã, tale aliquod proferretur, quod in doctrina esset vitiatum & prodiisset sub Autoris & Typographi prædicti nomine; quid si idem illis oggereremus, & de illis suspicaremur, quòd Foverus in pari nobili Fratrum p. 319 de Wintero Typographo: ac si scilicet ille ipse famosum libellum sub nomine Ludovici Rõiges Basiliensis typis impresserit: Pari modo nimirum illos vitiosum exemplar sub alicujus Autoris & loci nomine procurasse. Nobis enim tantundem de illis, quã illis de Nostratibus suspicari licet. Imò suspicio potiùs cõtra illos militat, ut quorum *spongia Critica* perperam sumta, & index ex-

pur-

expurgatorius toti jam orbi innotuerunt. Quid quòd forsan illud non malè de illis dici possit: Qui semel malus, semper præsumitur talis.

Hactenus undenos scopulos, syrtesque minaces,
 Monstroræque canes Scyllæ, rapidamque Charybdim,
 Dulcisonasque Acheloiadas, quas nescio tandem
 Horrendas cautes his non transcurrimus undis.
 Unica restat adhuc. Securum ferto carinam,
 Oceane, ac portum nostram: sic vota dicata,
 Nigrantemque feram taurum, cyathosque meraci.
 Sic quasi de felici successu certus provehor ulterius, nihil moraturus, tametsi obviet scopulus ultimus, seu

SCRUPULUS XII.

S Um zwölfften/muß ich noch eins vermelden / vnd darneben bitten / ihr wollet mirs nicht zu vngut halten. Mein vorgemelter Gesell sagt / daß man zu Augspurg in der Bischofflichen Pfalz / noch heutiges Tages mit Fingern zeige den jenigen Balcken / welcher sich gar mercklich gebogen / als man vnser Confession verlaşe / vñ wisse zu Augspurg ein jedes Kind darvon zu sagen / Lieber / was hat solches Wunderzeichen bedeutet? Die Papisten legen es nach dem gemeinen Sprichwort aus: vnd lassen sich die allgemeinen Sprichwörter nicht so leichtlich leugnen vnd widerlegen.

EXAMEN.

S. r. Reipsa jam experior vanū fuisse timorem, quem ob ultimū hoc intentatū periculum cōcepi. Si n. unquā facilis fuit transitus per rupes, ad quas hoc toto pervenim⁹ cursu, hīc sanē est facilimus, forsan quia portui sumus proximi: Ceterūm *Topser Noster* nō usque adeō hoc ipso suā ostendit prudentiam. Solent n. aliās periti *Duces* aciem ita instruere, ut in subsidiū quasdam animosiores reservent catervas, quæ in hostem, ubi dimicādo cum præfente exercitu est defatigatus, profiliant, eūque penitūs profligent: Sic *Gimmel Noster*, si vel parūm argutus fuisset, in fine arduum opposuisset saxum, quod transitoris alioquin lassatis facessere potuisset negotium. Cujusmodi tale esse non inuenio. Euge ubi accedemus propius,

M

pius,

pius, facilitatem ejus deprehendemus. In primo autē aditu, pro eo quod præ se ferre deberet gravitatem, ciet cachinnum. *Impudens* n. est *Scommma*, quo primariò veritatem nostræ religionis conspurcare tentat: quē finem si fuisset cōsecutus, sponte sua concideret nostrū *Jubiléum*. Scurrilem a. hanc calumniā continet hic *Syllogismus*: *Quotiescūq; ad recitationē alicujus rei in summa hominū frequentia factam, trabs inflectitur seu incurvatur, res recitata arguitur mendacii. Atqui &c. E. Resp. 1. ad Majorem; etsi concederetur factum, (quod tamen nullo modo largimur, ut ex resp. ad Minorem patefcet) hujus tamen argumenti imbecillitas est evidens. Nam non meminit, utrum ex inferioribus, quibus pavimentū suffultū erat, an ex superioribus, quæ forsā sustinuerunt rectū conclavis, & alius superædificati pavimentum fulserunt, una fuerit curvata: si ex illis, quid mirum, si tam numerosā hominū turbā gravata ponderi impar quodāmodò lunata fuerit? quid si omninò oneri succubuerit? Nihil sanè! cūm quotidiana testetur experientia, trabes in ædificiis nimio pondere pressas ita inflecti, ut ruinamminentur, & fulcimentis indigeant? Adeoq; inde ad Confessionis falsitatem concludere velle, quàm absōnū foret? Sin ex superioribus uni, eiq; præter solitū nihil gravatæ, ejusmodi curvatura obvenierit, concedo, mirum fuisse. Fieri n. potuit, ut *Diabolus* hac confessione labefactatū & imminutum, ut & plurimos ex faucibus *Orci*, in quas alioqui sub *Papatu* sese præcipitassent, ereptum iri præsagens, ejus contentū apud rudem & credulam plebeculā hoc factō conciliare voluerit: (Differentiam inter mirum & miraculum; ut &, quòd *Demon* mira possit patrare & miracula vera multis modis imitetur, vide *Dn. D. CALIXTI* Concord. ad *Joh. 2. 11.*) Ita, inquam, posito, sed non concesso, verum esse quod narrat *Autor*, infirma usque maneret *Major*. Nam,*

S. 2. II. *Peto rationem connexionis* in propositione, cūm in ea appareat nulla. Non n. perspicio falsitatem dogmatū magis pertinere ad curvaturā trabis contingentem eo tempore, quo Confessio sit prælecta publicè, quàm a fini præsepe spectat ad *Pyrrhichicam*. Consequentia in quā, cerno nullam. Si quis ergò *Argus*, aut eo adhuc perspicacior tale quid deprehendit, quæso, edisserat. *Inquis*: ex *Trito ore hominū* adagio id ipsum satis innotescere, quo ajunt ad grande mendaciū ejusmodi incumbæ sequi flexionem: proinde si fors quædam contigerit, ex ea decumanum mendacium legitima

con-

consequentia probari posse. *Resp. Euge bone vir! si lubet ex vulgatis argumentari Proverbiis, en quædam in numerato habeo.*

I. *Regis ad exemplum totus componitur orbis:*

seu, *qualis Rex, talis grex*, Notū est diverbiū. *Concedin' ergò inde collectas consequentias? E. cum Sylvester III. (vixit An. 998.) qui fœdus icit cum Diabolo; Benedictus IX. (cujus vita refertur ad A. C. 1033.) qui arte Magica, quæcunq; placuit, mulierem ita fascinare potuit, ut ad fœdas suas libidines cōsentire coegerit; Johannes XIII. incestuosus, imò in ipso actu confossus; Innocentius IX. ex sua ipsius confessione (mirum quòd propriā turpitudinē non potuerit non propalare) sedecim spuriorum parens; Pius II. seu *Aneas Sylvius*, qui ut ipse de se scribit, hujus generis exercitia prætulit nectari & ambrosiæ: Cū, inquam, hi & similes pro visibili *Ecclesiæ* capite se gesserunt, & sedem *Apostolicam* occupantes regio more imperârunt (ut ex voce *τοὺς αἰεὶν* evincere conatur *Bellarmin.* de Pontif. Rom. lib. I. cap. 15.) totus orbis talibus se contaminavit flagitiis. Similia exempla lege in der *Hauptvertheidigung* cap. 19.*

II. *Noscitur ex socio, qui non cognoscitur ex se:*

sive, *Schlim Schlem* querit sibi similem, itidē cōmune est Proverbium. *Age subsumamus!* Atqui *Confessarius Regius in Gallia, Jesuita Cotonus Avenione* ob imprægnatam monialem per sententiā judicariā condemnatus est: *Jesuita Antonius Friburgi in Nuitonibus* cum ancilla egregiū scilicet seriæ pœnitentiæ periculum fecit; *Pragæ in Bibliotheca Jesuitarum* sella obstetricia deprehensa est, vide plura *Lucij Hist. Jesuit.* lib. I. c. 5. E. totis, *Avenionensi, Friburgensi, & Pragensi Collegijs* hæc omnia sunt imputanda, eâq; de his flagitiis participârunt. *concedin'?* talia sexcenta proferre foret facilimum.

Sed cur quisquillas luat has innoxia charta?

§. 3. III. *Minorem quod attinet, Resp. ad eam simpliciter negando. Ratio,* quia si tale quid contigisset, proculdubio per integrū seculum *Jesuita* non tam alto sepeliissent silentio; sed ex tempore, tanquam quod singulare aliquid portendisset, divulgâssent. Cū igitur hactenus tale quid in Historiis, aliisq; scriptis non legatur, haut dubiè est *Pallas ex Jovis Nostri capite progenita*. Militat itaq; tandiu mea ratio, donec contrarium ex probatis literarū monumentis probeatur, quod est affirmantium. *Dicit; Augusta Vindellicorum* id est notiffi-

tissimum. *Resp.* quid hodiè vel heri excogitârunt *Papani*, & suis complicibus, in summâ credulitatem proclivibus, pro veritate obtruserunt, imò etiam forsan persuaserunt, nò magis pro verò habeo, nisi ex historia ejus temporis evincatur & ostendatur, quàm maximè putidum mendacium. Hoc solum *adjicio*; si religio nostra tam apertè falsa est, ut ejus falsitas etiam certo aliquo, præter naturam, indicio & documento sit comprobata, qui hætenus *Nostratibus* os non solidè obturârunt, ut contra nihil replicare & regerere potuissent? quod in manifestò falsis est facilimum. Hucusque *Dei gratia* Scrupulos objectos sustulimus, superest

EPISTOLÆ EPILOGUS.

Dieses sind nur etliche meiner Zweifel / (dann ich derselben noch mehr habe) oder Scrupel von vnserm begangenen Jubelfest / nochmals dienstl. bitend / E. Ehrw. wollen ohn beschwert mich mit einer schriffel. Antwort würdigen. Wil es in ander weg wiederumb beschulden. Hiermit vns sâmpelich Gott befohlen Datum acht Tage nach vnserm Jubelfest / Anno 1630. E. Ehrw. Dienstgestessener Gimel Topfer Bürger zu N.

EXAMEN.

S. In *Conclusionè* æquè egregiè suam scit agere personam *Autor* *Noster*, ut pateat eum quàm maximè didicisse illud, *Mendacem oportet esse memorem*. Nam quem à principio mentitus est habitum *civis cujusdam Nostratis*, ad finem usq; tam solerter cõtinuat, ut fraus superficiali intuitu vix sit agnoscenda: quæ tamen si quis intentiùs eam intueatur, & perpendat *verba & phrasès*, quas *Nostræ doctrine Socijs* de causa religionis effutire religio foret, & quibus personatus *hic histrio*, ceu forex se prodit, facilè innotescit. Cùm autem, ut jactitat, plura habeat dubia, adeòq; Scrupulis abundare videatur, deferimus ei nostra studia, & quamprimùm ad nostras pervenient manus, nostròsq; subibunt oculos, nos opellam nostram, in eorum refutatione locaturos pollicemur. Interim *ὕψιστον* eum jubemus: & *SS. TRIADI* *debitas* (utinam possemus sufficientes!) *agimus gratias*, pro clementissimè cõcessis ad has lucubratiunculas viribus, *Eamq;* toto pectore & ardentibus suspirijs suppliciter invocamus, ut suam in nobis gratiam, pro sapientissimo suo arbitrio, subinde augere, conatusq; nostros omnes ad divini sui nominis gloriam dirigere dignetur. Amen!



Inches
Centimetres

B.I.G.

Blue
Cyan
Green
Yellow
Red
Magenta
White
3/Color
Black

Farbkarte #13

s Sit DOMINUS!
A M E N
ULORUM
THERANUM
nni clo lxxx. die-
& 27. Junii cele-
bratum,
quod
b Præsidio
i & Clarissimi Viri,
NIS HIMMELII,
EJUSDE'MQVE IN IN-
fess. Publ. & h. t. Facult.
ceptoris ac Hospitis sui
s instar habendi,
publicè exponit die 16. Febr.
Coll. Majori,
SCHALLERUS
NBERGENSIS.

E N Æ
BIE STEINMANNI,
M. DC. XXXI.

1748